Abt. 15
84

84.

Archives nationales de Luxembourg (ANLux), SHL-Abt15-0084

PUBLIC DOMAIN

## Intonationes in Veſperis ſolemnibus:




# CEREMONIALE
## AGENDORUM in & â Conventu in Röeſtorff 3tiæ Reg.
## S. P. FRANCISCI
## ad uſum
## R. P. ibidem Confeſſarii

conſcriptum â F. Placido Chur p.t. Conf:

ão 1770

in quo continentur

1. Directorium circa obſervanda in Conventu & Ecclesia. pag. 1.
2. Methodus induendi Novitias. pag. 15.
3. Item excipiendi Profeſsionem. pag. 25.
4. Item celebrandi Jubilæum. pag. 29.
5. Item eligendi Venerand. Matrem. pag. 33.

Vertatur

Item modus aſſiſtendi infirmis. pag. 37.
miniſtrandi Viaticum. pag. 64.
dandi Extremam Unctionem. pag. 70.
Sepeliendi Sororem dctam. pag. 77.
Benedictio chordæ S. P. Franciſci, & cinctura. pag. 82.
Vini in feſto S. Joannis Evang. pag. 82.
Candelarum in feſto S. Blaſii E. M. pag. 84.

*Juxta Ordinationem Archiepiſcopi Trevirenſis de ão 1770 celebrantur hic in foro præter Dominicas Imò fer. 2 Paſchæ & Pentecoſtes. 2. Feſta Domini: Nativitatis, Circumciſ:, Epiphaniæ, Aſcenſionis et Corp. Xti. 3. Feſta B. M. V: Purificationis, Annunciat. Aſſumptionis, Nativitatis et Conceptionis. 4. Feſta S. Joannis Bapt. SS. Apoſt: Petri et Pauli, S. Stephani protom. et omnium Sanctorum. Itẽ in hac parochia S. Martini Ep. utpote Patroni.*

*Dedicatio Eccleſ. Metropolit: celebratur Dominicâ in vel ante primam Maji cadente. Dedicatio verò Eccleſiæ noſtræ Dominicâ poſt feſtum S. Martini Epiſc.*

*Si Vigiliæ cadant extra Sabbathum et diem Veneris vel feriam 4tam 4 Temporum, Cinerum & /: exceptâ ſolâ Vigiliâ Nativitatis Domini :/ jejunia earum anticipantur ſabbatho præcedente. Et ſi Sabbatum illud afficiatur jejunio ex altero titulo V. G. ob 4 tempora, ſatiſfit uno jejunio die Sabbati.*

*Unde Sorores 3tiæ regulæ S. Franciſci non tenentur ad jejunium die Sabbati, ſi in feriam 4tam ſequentem â feſto omnium Sanctorum uſque ad Reſurrectionem Dñi cadat Vigilia; cùm illâ feriâ vi regulæ jejunent.*

*B. Virgo immaculatè concepta eſt Patrona principalis Eccleſiæ noſtræ.*



# Directorium P. Confeſſarii circa obſervanda in Conventu & Eccleſia, prout obſervata ſunt aïs 1769, 1770.

## in Januario

*Pridie Circumciſionis Dñi horâ 4tâ /: de hora 3 vid. alibi :/ inchoantur Veſperæ. Recitato poſt Completorium roſario, circa horam 5 incipiunt Confeſſiones juniorum Sororum uſque ad horam 6, continuantúrque alterâ die, dictâ Primâ, â quadrante poſt 6tam uſq; medium 9næ circiter. Medio 10mæ, recitatis Tertiâ, Sextâ et Nonâ,+ inchoatur ſummum ſacrum cum benedictione Sacramentali, ſumptâque â Sacerdote S. Communione, communicant in choro Sorores, ac alii coram altari, ſiqui ſint. Modus hic confitendi etc ſervatur omnibus diebus Communionis, exceptis quibuſdam ſolemnioribus, de quibus ſuo loco. Signum autem, ex quo colligitur alteram diem eſſe diem Communionis, eſt, ſi pridie poſt pulſum horâ 12mâ ad Angelus Dñi pulſetur 2dò majori campanâ.*

*+ vel etiam cantatâ Tertiâ.*

In feſto Circumciſionis *præter antè dicta, horâ 3tiâ pomeridianâ cantantur ſolemniter Veſperæ cum benedictione et expoſitione SSmi ac thurificatione ſub Magnificat. Completorium canitur â Capitulo. Primâ fer. 3. poſt Circ. incipit Novena*

*Quoad Vigiliam feſti 3 Regum vid. alibi.*

In feſto 3 Regum. *Intonatur ad Benedictionem Sacramentalẽ:*




*2dæ Veſperæ h. 3. orantur, deinde datur benedictio cum SSmo, canitúrque integre cum organo Completorium.* ~~*Qui modus ſemper ſervatur, dum non cantantur Veſperæ, in Dominicis et feſtis.*~~

In feſto SS. Nominis Jeſu ~~*Intonatur pro Bened. Smntali:*~~




Cœtera, ut in feſto 3 Regum.
Si hoc feſtum cadat in feſto SS. Fabiani et Sebaſtiani, canitur poſt Complet: Peccatis noſtris. item ℣. Dñe non ſecundùm, etc. et Coll. Deus, qui culpâ etc.

## In Februario

In feſto Purificat. B.M.V. P. Confeſſarius, dictâ 9nâ, in pluviali violaceo cum cantu, ut in Miſſali, benedicit candelas, vadit ad chorum et diſtribuit cuilibet Sorori accedenti unam; accedit deinde altare et cantat Collectam. Aſſumptâ dein Caſulâ et datâ prævie benedictione Smtli, incipit Miſſam, ſub qua pagi incolæ utriuſque ſexûs offerunt ob craſtinam benedictionem S. Blaſii. Horâ 3tiâ pomeridianâ cantantur ſolemniter Veſperæ, datâ priùs benedictione cum SSmo, et Completorium â Capitulo.

NB. Non permittatur pagi incolis accendere cereos ductiles ob nimium ſuffitum et fœtorem alias in Ecclia cauſatum.

In feſto S. Blaſii, lecto ſacro, ſumuntur ~~ex hori~~ [ut infra p. 84] benedictæ duæ candelæ, et datur benedictio gutturis primùm Sororibus in choro, ac 2dò pagi incolis, in Eccleſia, ſub hac forma: Per interceſſionẽ S. Blaſii Epi & mart: [liberet &] præſervet te ab omni malo gutturis Deus Pater & Filius & Spiritus S. Amen.

Die Cinerum. Lecto poſt hor. 8. ſacro, ac depoſitâ caſulâ et manipulo, abſque cantu benedicuntur et poſtea diſtribuuntur cineres primùm in choro ac deinde in Eccleſia.

Dominica Quinquag: et duobus ſequentib: diebus continuis exponitur Ss. Sacramentum de mane circa horam 8 ſine bened: poſt Summũ Sacrũ, uti et poſt Compl. datur Benedictio. incepit 1787.

In Dominicis Quadrageſimæ. In Complet. dicto: Angelus Dñi etc. canitur in choro pſ. Miſerere, ac, eo finito, ~~â P. Confeſſario~~



℣. Dñe non ſecundùm peccata noſtra facias nobis etc. Oremus Deus, qui culpâ offenderis etc. uti in Litaniis majoribus.

Feriâ 2 poſt Dñcam 1 Quadrag: inchoatur Matutinum circa hor. 4tam, adeoque et ſacrum poſt horam 7mam, uſque ad Octavã circiter omnium SS. Modus inchoandi Matutinum per hyemem circa horam 5tã primũ introductus eſt ante 30 circiter annos. Olim non ſic, uti teſtantur Seniores.

## In Martio

In Annunciat. B.M.V. |: in qua, vel in feſto S. Joſephi :| adeſt Confeſſarius extraordinarius |: vel etiam aliquo die Veneris Martii proximo uni ex iſtis feſtis :| lectis horis minoribus incipit confeſſio et circa horam 8vam |: ob devotionem in Ecclia paroch: :| miſſa cantab. cum ~~expoſitione SSmi et~~ Communione Sororum. Horâ 4. incip. Complet.

Dominicâ Palmarum. Celebrans in pluviali violaceo indutus [poſt Aſperges] benedicit ramos, cantans more ſolito ut in Miſſali, et poſt in choro diſtribuit cuilibet accedenti ad ſe.* Paſſionem in Miſſa ſolus cantat pro libitu totam vel ex parte, vel etiam integram legit. #Peractâ diſtributione, accedit ad altare et canit Dñus vobiſcum et Collectam.

Fer. 3 majoris hebdom. non datur benedictio cum SSmo ante et poſt miſſam. Sequenti triduo dicitur pro collatione benedictio conſueta.

Fer. 5. in cœna Dñi, peractâ in refectorio lotione pedum, P. Confeſſarius intrat et benedicit ex Miſſali panem et vinum. In benedictione veſpertina [poſt cœnam] canitur: Defenſor etc. et Genitori etc. de mane in expoſitione Tantum ergo etc.

Fer. 6 Paraſceves cantantur duæ Prophetiæ ex parte cum tractibus, ac poſtea fit denudatio crucis more ſolito, quæ ſuper tegumen repoſita adoratur cum oſculo â communi plebe, uti et alia in choro â Sororibus, ab iiſdem ibidem repoſita. Paſſio legitur vel canitur pro arbitrio. Cœtera aguntur ut in Miſſali.

## In Aprili

Sabbato S. ſumpto ex Eccleſia parochiali igne benedicto, P. Confeſſarius albâ et ſtolâ albi coloris indutus vadit ad januam Eccleſiæ, benedicit 5 grana, aſſumit arundinem cum cereo triplici & in progreſſu ſucceſſivè accendit, quâlibet vice cum genuflexione, altiùs cantando ter: Lumen Chriſti. Deinde genuflectit coram ſummo altari dicens: Jube Domine benedicere. Dñus ſit in corde meo etc uti in Miſſali. Completâ benedictione Cerei, legit ad altare Prophetias indutus ſtolâ, manipulo et caſulâ violacei coloris abſque ullo cantu. Lectis ultra medietatem Prophetiis, dat pulſu pedis Sororibus ſignum pro cantandis Litaniis, quarum ultimum Kyrie canitur abſque, ſed Gloria cum organo et pulſu campanarum. NB. In miſſa conſecrentur parvæ ſpecies, ſi non ſint ſufficientes pro die craſtina.

Dñcâ Reſurrectionis circa h. 4tã (cantatis Lectionibus,) elevatur cum triplici incenſatione Crucifixus, canitúrque ter altiùs incipiendo:



Surrexit Dominus de ſepulchro

℟. det quâlibet vice Chorus: qui pro nobis &c. Dein fit ſub cantu exterorum proceſſio ter circumeundo cœmiterium parochiale, et quoties pervenitur ad januam Eccleſiæ noſtræ, toties eadem percutitur haſtili crucis. Interea Sorores in choro canunt: Te Deum etc. Poſt 3tium pulſum januæ proceſſio intrat Eccleſiam, crucifixus deportatur ad ſummum altare et, datâ cum eo poſt trinam intonationem: Te ergo quæſumus etc. benedictione, locatur ad cornu Evang: ~~[illegible]~~. Horâ 8vâ eſt communio Sororum, horâ 9nâ, cantatâ Tertiâ, ſummum ſacrum, et horâ 3tiâ pomeridianâ Veſperæ ſolemnes cum benedict. Smntali, canitúrque integre Completorium ~~emiſſo~~ cum cantu: Hæc dies etc. Loco Angelus Dñi



dicitur toto temp. Paſch. ſtando Regina cœli etc. Poſt Victimæ Paſch. canitur ℣. Surrexit Dñus de ſepulchro alleluja. et pro Bened. Smtli



O vera cœli victima
Deo Patri ſit gloria

Sub ſummo ſacro offerunt pagi incolæ, item cœnobii miniſtri utriuſque ſexûs, qui ultimi tenentur etiam ad Communionem paſch. in Ecclia noſtra ſumendam.

Feriâ 2 Paſch. celebratur miſſa horâ 8vâ ob devotionem in Eccleſ. parochiali. Veſperæ cantantur ſolemniter, ſed Completoriũ â Coll. Viſita quæſumus etc. præmiſſo Dñus vobiſcũ.

Fer. 3tiâ poſt Dom: in albis mittendum ad Capitulum in Perll pro accipiendo S. Oleo infirmorum; quod per Clericum ad Cœnobium deferendum juxta ordinationem Capituli.

In feſto S. Marci, item fer. 6tâ poſt Dñcam 2 Paſch., et in feriis Rogationum, circa medium 9næ, dictâ Nonâ, cantantur in choro Litaniæ, quibus coram altari P. Confeſſarius in Pluviali violaceo ſuperaddit preces, ac deinde legit miſſam.

## In Majo

In Aſcenſione Dñi cantatâ Tertiâ /: vel in defectu Sororum lectis 3tiâ, 6tâ et 9nâ :/ celebratur Miſſa, datâ ~~præviè~~ et poſt benedict. Smtli ſub intonatione ℣. Tu dux ad aſtra et ſemita Item Jeſu tibi ſit gloria in tono ùt Jeſu ſpes etc pag. 2. Veſperæ cantantur ùt in feſtis ſolemnioribus, et Completoriũ â Capitulo.

In Vigilia Pentecoſt. dictâ Nonâ cantantur in choro Litaniæ. Interea P. Confeſſarius caſulâ violaceâ indutus legit in altari Prophetias cum tractibus et orat. ac deinde indutus

paramentis rubris legit miſſam.

**Dominicâ Pentecoſt:** *Cantatâ poſt horam 9 Tertiâ, canitur miſſa, ſub qua Sorores communicant, et utriuſque ſexûs pagi incolæ offerunt. Pro bened. Smtli intonatur:*




*Horâ 3tiâ pomerid. cantantur, præviâ bened., ſolemniter Veſperæ et totum Completorium.*

*Similiter cantatur et feriâ 2dâ, ſed Completorium ſolum â Capitulo. Fer. 3 incipit Tertia horâ 8vâ.*

Feſto Sſmæ Trinitatis eſt Benedictio Smtalis in Miſſa. Veſperæ recitantur, in initio et fine Completorii, quod Cantatur, iterum Benedictio.

## In Junio

**Pridie feſti Corporis Chriſti** *circa 5tam pomerid. inſtituitur proceſſio cum Sſmo ex Sirck ad Eccliam paroch. in Röeſtorff. Datâ ultimâ benedictione, veniunt præter D. Paſtorem tredecim ex civitate ad menſam in allocutorio Conventûs paratam et inſtructam* [lixo ex uvis,] *pane communi et albo ſive placentâ, caſeo, butyro, ſale et caſeo ex lacte et ovis coagulato, item vino albo creſcentiæ anni proximè elapſi. Quæ omnia, prætereáque nihil, ob antiquam poſſeſſionem prætendere poſſunt. Menſæ illi præſidet P. Confeſſarius, occupans primarium locum prope crates.*

*Hoc veſpere et per totam Octavam ſ: exceptâ Dominicâ, quâ canitur more ſolito cum benedict. Completorium :ſ datur benedictio Smntalis*



*circa ½ 5tæ ante* Salve Regina *et in fine Completorii, item ante et poſt miſſam altero et ſeq. dieb, ſub intonatione:*




*Item in miſſa ante Evangel. poſt cantatum in choro:* Fracto demum Sacramento etc. *datur benedictio ſub trina intonatione:* Ecce panis Angelorum. *In fine miſſæ poſt:* O ſacrum convivium *â choro cantatum ſuperaddit Celebrans* ℣. Panem de cœlo. *et Coll.* Deus qui nobis *&c. uti in Tabula.* ***NB.** Hodie conſecrentur Hoſtiæ pro craſtina Communione.*

**In feſto SS. Corporis**, *dictâ Nonâ, incipit Confeſſio ac horâ 8vâ Communio Sororum ob devotionem in Ecclia paroch., quâ finitâ canitur miſſa in ecclia noſtra. Veſperæ 2dæ uti in ſolemnitatibus, ſed Completorium canitur â Capitulo.*

**Alterâ die poſt Octavam SS. Corporis** *ob Confraternitatem de Corde Jeſu eſt horâ 6tâ Confeſſio et poſt 9nam Communio ſub miſſa, quæ legitur recitatâ Nonâ.*

**In feſto S. Antonii Pad.** *circa ½ nonæ communicant Sorores. Deinde dictis 3tiâ, 6tâ et 9nâ, canitur miſſa, ſub qua poſt* Credo *dicitur concio, communiter ab extraneo quodam ad hanc invitato.*
*Poſt horâ 3 pomerid. cantantur ſolemn. Veſperæ, et â Capitulo Completorium cum* ℟ Si quæris miracula *in fine.*

**In feſto S. Jöis Bapt.** [quod adhuc celebratur in foro,] *Confeſſio dictâ Nonâ; ſed miſſa* ~~cum bened. Smtali~~ *canitur horâ 8vâ ob devotionem in ecclia paroch..*
*Si non ſit Communio, legitur medio 9næ miſſa.*
*Alterâ die, ſi ſit Dominica, canitur ſacrum horâ pariter 8vâ ob*

devotionem S. Eligii in ecclia paroch. Si verò ſit dies ferialis, legitur miſſa poſt 7mam more ſolito.

In feſto SS. Ap. Petri & Pauli ùt in feſto S. Jòis Bapt.

## In Julio

In feſto Viſitat. B.V.M /: in quo adeſt Confeſſarius extraordin. :/ eſt Proceſſio ex Sirck in Röeſtorff, adeóq; devotio hic ùt in f. S. Jòis Bapt.

In feſto S. Bonaventuræ Poſt Primam, quadrante circiter poſt 6tam incipit Confeſſio; dictis poſt 9nam horis minoribus, cantatur miſſa, ſub qua Sorores communicant. Poſt 3 pomerid, recitatis Veſperis, cantatur Completorium more in Dominicis conſueto.

In feſto S. Annæ uti in feſto S. Bonavent, ſed abſque miſſæ et cantu Completorii.



## In Auguſto

In feſto Portiunculæ. Pridie recitato circa 4tam roſario, omnium, paucis Sororibus exceptis, confeſſio et altero manè ſub legibili ſacro circa hor. 8vam Communio. Poſt 9nam incipit miſſa ſolemnis cum Concione, ad quam communiter invitatur extraneus. Dictis poſt 3tiam pomerid. Veſperis, cantatur more ſolito Completoriū. In fine Te Deum laudam, cum ℣et Coll. uti pag. 23. Abſol. general. in Choro.

In feſto S. Claræ uti in feſto S. Bonaventuræ.

In feſto Aſſumpt. B.M.V. manè uti in feſto S. Jòis Bapt. Horâ 3tiâ pomerid. cantantur ſolemniter Veſperæ ac deinde Completorium.

Infra Octavam S. Rochi, uti ſuprà pag. 2 infra Octav. SS. Fabiani et Sebaſtiani.

In feſto S. Ludovici Galliæ Regis. Confeſſio, Communio ac miſſa cantab. poſt 9nam more ſolito; aſt immediatè poſt Communionem canitur â choro pſ. Exaudiat. Interim Celebrans abſolvit legendo miſſam et poſtea canit ℣et Coll. uti in Tabula. ~~Recitatis poſt 3tiâ Veſperis, canitur, uti aliàs, Completorium, ſed~~ in fine additur: Te Deum laudamus. cum ℣et Coll. ùt infrà pag. 23.

## In Septembri

In feſto SS. Angel. Cuſtod. *ut in feſto S. Bonaventuræ.*

In feſto Nativit. B. M. V. *uti in feſto Aſſumptionis, ſed Completorium canitur â Capitulo.*

*Alterâ die legitur ſacrum poſt horam 8vam.*

In feſto SS. Stigmatum *uti in feſto S. Bonaventuræ, et adeſt Confeſſarius extraordinarius.*

In feſto S. Michäelis Arch. *uti in feſto S. Bonaventuræ, ſed poſt miſſam ſolet cantari:* Te Deum laudamus *cum ℣ et Coll. ut infrà p. 23 ob incendium ão 1725. 25 Sept. de nocte in piſtrina exortum et extinctum, item ad præſervandum Conventum ab eodem et aliis malis. NB ab ão 1772 non amplius canitur Completorium, niſi cadat in Dominicam.*

## In Octobri

In feſto S. P. Franciſci *uti reſpective in feſto S. Antonii Pad., ſed non habetur concio, niſi feſtum hoc cadat in Dominicam, ob defectum auditorii.*



## In Novembri

In feſto omnium SS. *uti in feſto S. Bonaventuræ, ſed ſub ſacro utriuſque ſexûs pagi incolæ offerunt.. Poſt* Completorium *oratur â choro ſub ritu duplici Veſperæ defunctorum, ac deinde cantatur â choro* Libera, *cui in medio Ecclæ P. Confeſſarius Pluviali nigro indutus ſubjungit:* Kyrie *etc cum Coll.* Abſolve *ut infrà pag. 78. Servantur dein 3 aliæ ſtationes: <u>in prima</u> canitur Orat:* Deus, cujus miſeratione animæ fidelium requieſcunt: famulis & famulabus tuis & omnibus hic & ubique in Chriſto quieſcentibus da propitius veniam peccatorum: ut â cunctis reatibus abſoluti, tecum ſine fine lætentur. Per eundem C. D. N. *Amen.* Requiem ✠ ætern. *<u>In 2da</u> canitur Orat:* Deus veniæ largitor & humanæ ſalutis amator: quæſumus clementiam tuam, ut noſtræ congregationis fratres, propinquos & benefactores, qui ex hoc ſœculo tranſierunt; beatâ Mariâ ſemper Virgine intercedente cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis conſortium pervenire concedas. P. C. D. N. *Amen.* Requiem ✠ *<u>In 3 ſtat.</u> Orat:* Deus, cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere, propitiare animabus famulorum famularúmque tuarum & omnia eorum peccata dimitte: ut mortalitatis vinculis abſolutæ tranſire mereantur ad vitam. P. C. D. N. Requiem ✠ Requieſcant *Hiſce abſolutis, pergit ad Eccliam paroch., aſpergendo in tranſitu ſepulchra cœmiterii, ſervátque eaſdem 3 ſtationes cantando eadem, quæ ſuprà. In regreſſu vadit per aliam partem cœmiterii aſpergens & cum aliis orans pſ.* De profundis *cum ℣ et Coll.*

Die animarum *circa horam 8vam eſt Communio. Medio 9næ abſolvitur Officium dftorum. Horâ 9nâ cantatur miſſa, ac deinde ſervantur in noſtra ac parochiali ecclia ſtationes, uti heri. Sequenti die benedicitur panis in honorē S. Huberti.*

*Hodie conſecrentur hoſtiæ, ſi deſint, pro Communione craſtina*

3tiâ vel /: ſi ſit dies Dominica :/ 4tâ Novemb. horâ 8vâ dicitur in choro ſub ritu duplici officium dſtorum, quo finito cantatur miſſa, deinde Libera cum Coll: Deus indulgentiarum Domine, da animabus fratrum, ſororum & benefactorum noſtrorũ, quorum anniverſarium diem commemoramus, refrigerii ſedem, quietis beatitudinem & luminis claritatem. P.C.D.N. Dein ſervantur 3 aliæ ſtationes, in quarum prima et 2da cantantur eædem Collectæ, quæ pag: priore, in 3tia verò: Deus, qui inter Apoſtolicos Sacerdotes, famulos tuos ſacerdotali feciſti dignitate vigere: præſta quæſumus, ut eorum quoque perpetuo aggregentur conſortio. P.C.D.N. Amen. Requiem ✠ æter. Requieſcant &c

Infra Octavam omnium SS. incipit Matutinum horâ 5tâ et conſequenter miſſa poſt horam 8vam diebus ferialibus, ſicque extra dies Communionis continuatur uſque ad Dominicã 1 Quadrageſ.

In feſto S. Martini E.C, Ecc̃liæ hic paroch. primarii patroni, ~~lectis immediatè poſt Matutinum horis minoribus, circa ½ 9næ hic legitur miſſa~~, ob devotionem in ecc̃lia paroch. uti diebus ferialibus et abſq; cantu Completorii.

~~Eodem modo~~ in feſto Dedicationis Ecc̃liæ noſtræ et paroch. Dominicâ ſequente: dictis poſt Matutinum horis minoribus, horâ 8vâ canitur Miſſa et poſt 3tiam pomerid. Completorium. benedictio

In feſto Præſentat. B.M.V. }
In feſto S. Eliſabeth .... } uti in feſto S. Bonaventuræ.

Pariter in feſto omnium SS. Ordinis, ſed non cantatur Completoriũ
abſolutio Generalis in Choro.



# In Decembri

In feſto immaculatæ Concept. uti in feſto Aſſumptionis. cum benedictione Sacramentali.

Dominicâ 3. vel 4tâ Adventûs P. Confeſſarius pluviali indutus intonat coram altari ante et poſt Magnificat /: ſi fiat Veſperæ integræ de Dñca, aliâs poſt Coll. :/ unam ex Antiphonis O, eâ die cantandam, unâ cum Collecta vel Collectis ſequentibus. Deinde ~~datur Benedictio et~~ cantatur Completorium more ſolito. In cœna datur â Conventu in reſpectum P. Conf. duplex vini portio.




In Vigilia Nativit. Dñi poſt pulſum campanæ è turri horâ 2dâ pomerid. incipit confeſſio et continuatur ab omnibus, paucis exceptis, quæ confitentur altero manè circa horam 6tam. Si ſit Dominica, canitur de Veſperi ſolùm Completorium cum benedictione Sm̃ntali, aliâs in choro tantùm, abſque benedictione. Intonatur autem pro benedict. Sm̃ntali ab hac die uſque ad Epiphaniam:




Ante ultimam verò benedictionem ab hac die uſque ad Octavam Epiphaniæ incluſivè ter canitur: Grates nunc omnes &c quâlibet vice altiùs incipiendo:



NB. Sub Matutino et prima Miſſa non permitta-tur pagi incolis accendere lucernas ſuas nimium fœtantes

In Nativitate Dñi *quadrante poſt 2dam noctis incipit Matutinum, in quo cum organo cantantur Invitator. Venite, hymnus, 3tium Nocturnum ac Te Deum. Poſt quæ circa medium 5tæ P. Confeſſarius indutus albâ et ſtolâ canit ante altare:* Dñus vobiſcum *et Collectam, ac deinde plenè indutus, præviâ benedictione Sm̃ntali, miſſam primam. Quâ finitâ dat rurſus benedictionem et reponit SSm̃um, vertens tabernaculum. Quadrante poſt 7mam, dictâ in choro Primâ, legit miſſam 2dam, ſub qua Sorores communicant. Poſt 9nam, cantatâ in choro Tertiâ, canit, dans præviè benedictionem cum SSm̃o, miſſam 3tiam, ſub qua pagi incolæ utriuſque ſexûs offerunt. Horâ 3tiâ pomerid. cantantur ſolemniter Veſperæ ac totum Completorium. Poſt* Dies eſt lætit: *canitur* ℣. Notum fecit *&c*

In feſto S. Stephani *Veſperæ ùt heri, ſed Completorium canitur â Capitulo.*

In feſto S. Jõis Evang. *lecto, dictis poſt 8vam horis minoribus, ſacro, exuens paramenta alba et induens ſtolam violaceam benedicit coram altari vinum, utì infrà pag. 82, quod Cuſtrix in choro Sororibus præſentat.*

# Modus inveſtiendi Novitiam



*Dum Sponſa in allocutorio parata expectat, intrat Officians cum Miniſtris & Thuriferario portante aſperſorium madidum, aſpergit Sponſam genuflectentem & quærit:* Geliebte Braut/ was iſt eur begehren? *illa reſpondet:* Ich begehre um die liebe Gottes mit dem kleidt des dritten Ordens meines H. Vatters Franciſci bekleidet zu werden. *Tunc tradit Officians ſponſæ crucem in manu dextra & candelam in manu ſiniſtra, ducitque eam per cœmiterium ad Eccleſiam, ubi Diaconus aſſumit in loco parato candelam & imponit candelabro.*

*Officians dein coram altari genuflexus intonat:*



Veni ſancte Spiritus. *Quo per chorum abſoluto, cantat* ℣. Emitte Spiritum tuū et creabuntur. ℟ *et renov.*

Oremus

Deus, qui corda fidelium S. Spiritûs illuſtratione docuiſti; da nobis in eodem Spiritu recta ſapere & de ejus ſemper conſolatione gaudere. P.C.D.N.

*Depoſito deinde pluviali & aſſumptâ caſulâ, datur cum SS. benedictio et cantatur miſſa /: in ſemid. de Spiritu S., in dupl. de feſto :/ Poſt* Credo *vel evangelium, depoſitâ* et manipulo *caſulâ, inſidens ſedili interrogat Sponſam: ùt ſuprà etc. pergit:* warum begehrt ſie das? ℟ *det:* damit ich Gott beſſer dienen und die fähligkeit erlangen möge. *Peractâ dein brevi exhortatione, quærit, an maneat conſtans in ſancto propoſito? reſpondente ſponſâ affirmativè, genuflectit Officians in ſupremo gradu & orat, reſpondentibus miniſtris:*

Kyrieeleiſon *kyrieeleiſon.* Chriſte eleiſon *Chriſteeleiſon* Kyrieeleiſon *kyrieeleiſon.* Chriſte audi nos. *Chriſte exaudi etc.*

Pater de cœlis Deus
Fili Redemptor mundi Deus
Spiritus S. Deus
Sancta Trinitas unus Deus
} *miſerere ejus*

Sancta Maria. *Ora pro ea*

Omnes ſancti beatorum Spirituum Ordines
Omnes ſancti Patriarchæ & Prophetæ
Omnes ſancti Apoſtoli & Evangeliſtæ
} *orate pro ea*

Sancte pater noſter Franciſce. *Ora pro ea*

Omnes ſancti Pontifices & Confeſsores
Omnes SS. Doctores & Ordinum Fundatores
Omnes SS. Monachi & Eremitæ
} *orate pro ea*

S. Mater Eliſabeth. *Ora pro ea*

Omnes SS. Virgines & viduæ. *Orate pro ea.*

Propitius eſto. *Parce ei Domine*

Ab omni malo. *Libera eam Domine*

Per myſterium S. Incarnationis, Paſsionis, Reſurrectionis & Aſcenſionis tuæ. *Libera eam Domine*

Peccatores
Ut hanc famulam tuam ab omni tentatione eripere digneris
Ut eam in vera paupertate, caſtitate, humilitate, obedientiâ ac charitate uſque in finem confirmare digneris
} *Te rogamus audi nos*

Agnus Dei, qui tollis &c.

℣. Salvam fac Domine ancillam tuam

℟. *Deus meus ſperantem in te*

℣. Mitte ei Domine auxilium de Sancto

℟. *Et de Sion tuere eam*

℣. Eſto ei Domine turris fortitudinis. ℟. *â facie inimici*



℣. Nihil proficiat inimicus in ea.

℟. *Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.*

℣. Domine exaudi orationem meam.

℣. Dominus vobiſcum. Oremus

Deus, qui per coæternum Filium tuum cuncta creâſti, quique mundum peccatis inveteratum per myſterium S. Incarnationis renovare dignatus es: te ſupplices exoramus, ut ejuſdem Domini noſtri Jeſu Chriſti gratiam ſuper hanc famulam tuam ſœculo abrenuntiantem, votaque ſua oblaturam clementer infundere digneris, per quam in ſpiritu mentis ſuæ renovata, veterem hominē cum actibus ſuis exuat & novum, qui ſecundùm Deum creatus eſt, induere mereatur. Per eundem C.D.N.

*Hiſce dictis, vadit ad ſponſam et benedicit habitum et cœtera dicens:*

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini. ℟. *qui fecit cœlum etc.*

℣. Sit nomen Domini benedictum. ℟. *ex hoc nunc et uſque in ſoec.*

℣. Domine exaudi orationem meam

℣. Dominus vobiſcum. Oremus

Domine Jeſu Chriſte, qui tegumen noſtræ mortalitatis induere dignatus es, quique glorioſum Confeſsorem tuum P.N. Franciſcum tres Ordines inſtituere ſalubriter inſpirâſti ac operis tui Vicarios, ſummos Eccleſiæ Pontifices, ipſos approbare feciſti: immenſam clementiæ tuæ largitatem ſuppliciter exoramus, ut hæc indumenta, quæ ad pœnitentiæ, mortificationis & humilitatis juvamen ac pro valida contra ſœculum, carnem & dœmonem armaturâ inſtituta ſunt, bene ✠ dicere & ſancti ✠ ficare digneris, ut hæc famula tua ea devotè recipiens, te intra ſe taliter induat, ut, ſicut honeſtam humilémque vitam indumenta ipſa prætendunt, ſic etiam, quolibet vitio ſubacto, veraciter corde, ore & opere

Vivere mereatur, ut â te nullis tentationibus ſeparetur. Qui vivis & regnas in ſoecula ſoeculorum.

*Benedictio Chordæ:*

Oremus. Omnipotens & miſericors Deus, qui peccatoribus miſericordiam tuam poſcentibus theſauros pietatis tuæ per pœnitentiam aperis: majeſtatem tuam ſuppliciter exoramus, ut funem iſtum in tuæ paſſionis memoriale depoſitum benedi✠cere digneris, ut famula tua, quæ in pœnitentiæ ſignum eo præcingetur, benedictionis tuæ largitatem miſericorditer conſequatur. Qui vivis &c.

2 *Benedictio pro Inveſtitura & Profeſſione Velaminum*

Oremus. Domine Jeſu Chriſte Fili Dei vivi, cujus oculos tempore acerbiſſimæ paſſionis tuæ ad opprobrium Judæi velaverunt, & qui per Apoſtolum tuum ſexum muliebrem in ſignum ſubjectionis, humilitatis & honeſtatis velamen ſuper caput ſuum propter Angelos habere præcepiſti: quæſumus propter gloriam honorandi nominis tui copioſam benedi✠ctionis tuæ his velaminibus infunde virtutem, quæ famulam tuam illa gerentem tibi ſubjectam in omnibus conſervet, ne proprias virtutes & bona cernens, in gloriam elata deperdat, ſed in vera humilitate conſervet & in finem uſque perſeverare faciat. Qui vivis &c.

*Annuli*

Oremus. Domine Jeſu copioſam tuæ benedi✠ctionis huic annulo infunde virtutem, ut illum gerens ſponſa tibi fidelis & caſta uſque in finem vitæ perſeveret.

*Coronæ*

Quæſumus Domine Jeſu, ut huic coronæ virtutem tuæ coronæ ſpineæ infundere & benedi✠ctionem tuam conferre



Digneris ad comparandam in cœlis coronam æternam. Qui vivis & regnas in ſoecula ſoeculorum. *Quæ omnia aſpergit aquâ luſtrali et thure incenſat. Poſtea forfice abſcindit Sponſæ floccellos crinium ad aures utrimque pendentes, interea dicens:*

Adimat â te Deus omnes noxias, vanas, perverſas & alienas cogitationes: ſtabiliat in te affectus ſanctos cordis & infundat tibi ſeptem dona S. Spiritûs, ut ſponſa munda & immaculata coram eo inveniaris. P.C.D.N.

*Deinde invitat ducitque Sponſam pro e- et inveſtitura ad Sacriſtiam, quæ interea clauditur. Dum veſtes ſoeculares exuuntur, inquit:*

Exuat te Dominus veterem hominem cum actibus ſuis, & induat te novum, qui ſecundùm Deum creatus eſt per gratiam in ſpiritûs novitate. *Item recitat pſalmum 120*

Levavi oculos meos in montes, unde veniet auxilium mihi.
Auxilium meum â Domino, qui fecit cœlum & terram.
Non det in commotionem pedem tuum, neque dormitet, qui cuſtodit te.
Ecce non dormitabit, neque dormiet, qui cuſtodit Iſraël.
Dominus cuſtodit te, Dominus protectio; ſuꝑ manum dextrã tuã.
Per diem ſol non uret te, neque luna per noctem.
Dominus cuſtodit te ab omni malo, cuſtodiat animã tuã Dñus.
Dominus cuſtodiat introitum tuum & exitum tuum ex hoc nunc & uſque in ſoeculum. Gloria Patri &c.

*Induendo habitum religioſum dicit:*

Induat te Dominus indumento ſalutis, & veſtimento juſtitiæ circumdet te ſemper. *et ſubjungit Canticum:* Magnificat &c.

*Induendo Scapulare orat:*

Domine Jeſu Chriſte, qui dixiſti: jugum meum ſuave eſt & onus meum leve; præſta quæſumus, ut famula tua ſic illud

Portare valeat, ut conſequatur gratiam tuam in præſenti & gloriam in futuro.

Majeſtatem tuam Domine ſuppliciter exoramus, ut hanc famulam tuam ſororem noſtram, quam de tua gratia præſumentes ad Ordinem pœnitentiæ admittimus, digneris inter famulas tuas virtute ex alto induere, juſtitiæ loricâ munire & ſalutis fovere veſtimento, ut intercedente B.P. Franciſco Confeſſore tuo ſub humilitatis veſte tibi perſeveranter deſerviens, ad ſtolam immortalitatis & gloriæ mereatur pervenire. Qui vivis &c.

*Cingendo chordâ dicit:*

Præcingat te Dominus cingulo fidei & virtute caſtitatis: extinguat in te humorem libidinis, ut jugiter maneat in te tenor caſtitatis. P.C.D.N.

*Velum imponens capiti dicit:*

Impone Domine capiti ejus galeam ſalutis ad expugnandos diabolicos incurſus.

*Hiſce peractis, reducit Sponſam ad locum priſtinum in Eccleſia, imponénſque quarto digito ſiniſtræ manûs annulum*
5 *cantat:*  *dicítque:* Deſpondeo te Jeſu Chriſto annulo ſuo ſubarravit me caſtarum virginum cœleſti ſponſo, ut ei fidelis permaneas & præter eum nullum amatorem admittas.

*Imponens coronam capiti cantat:* 
Veni Sponſa Chriſti

*ſubjungens:* Accipe virgo Chriſti hanc coronam marceſſibilem, ut memor ſemper exiſtas coronæ ſpineæ Chriſti ſponſi tui, qui tibi coronam immarceſſibilem reſervabit in cœlis, ſi permanſeris ei fidelis uſque ad mortem.



*Deinde imponit ipſi nomen. Vadit ad altare & genuflexus in* *gradu* *ſuperiori intonat cum miniſtris:* Veni Creator Spiritus. *Quem hymnum dum proſequitur Chorus, Sponſa in loco ſibi parato procumbit in modum crucis, uſque ad ſignum ſub finem hymni aut ſerius ab Officiante dandum. Qui dein cantat:* 4

℣. Emitte Spiritum tuum & creabuntur ℟. *et renovabis &c.*
℣. In conceptione tua Virgo immaculata fuiſti ℟. *Ora pro nob. &c.*
℣. Ora pro nobis B.P. Franciſce. ℟. &c.

Oremus. Deus, qui corda fidelium S. Spiritûs illuſtratione docuiſti: da nobis in eodem Spiritu recta ſapere & de ejus ſemper conſolatione gaudere.

Deus, qui per immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum præparaſti: quæſumus, ut, qui ex morte ejuſdem Filii ſui prævisâ eam ab omni labe præſervâſti, nos quoque mundos ejus interceſſione ad te pervenire concedas.

Deus, qui eccleſiam tuam B.P.N. Franciſci meritis fœtu novæ prolis amplificas: tribue nobis ex ejus imitatione terrena deſpicere & cœleſtium donorum ſemper participatione gaudere. P.C.D.N.

*Poſt hæc, reaſſumptâ caſulâ, proſequitur miſſam. Sub Præfatione Diaconus aut conſanguineus vel affinis quidam, porrectâ in manum dextram candelâ et ſiniſtram cruce, invitat circumducítque Sponſam retro altare uſque ad cornu Epiſtolæ, ubi extrahit ex candela monetam /: quæ ad duos ſaltem daleros coronatos excurrit :/ imponitque altari. Cui pariter omnes conſanguinei ac amici præſentes pro offertorio ſuccedunt. Cedítque offertorium illud omne P. Confeſſario pro juribus inveſtituræ uti et altero anno pro juribus profeſſionis.* 6

*Ante Communionem Sponſæ /: vel meliùs poſt confeſſionem Sponſæ loco abſolutionis Sacramentalis :/ datur ſequens*

*Abſolutio generalis: /: dicto prius â miniſtris* Confiteor :/

Miſereatur tuî omnipotens Deus &c.

Indulgentiam abſolutionem &c.

Dominus noſter Jeſus Chriſtus per merita ſuæ ſanctiſſimæ Paſſionis te abſolvat & gratiam ſuam tibi infundat: & ego auctoritate ipſius & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli & ſummorum Pontificum mihi in hac parte commiſſa & tibi conceſſâ abſolvo te ab omni vinculo excommunicationis & interdicti, ſiquod incurriſti, & reſtituo te unitati & communioni fidelium & ſanctis Sacramentis Eccleſiæ. Item eâdem auctoritate abſolvo te â peccatis tuis, tibîque relaxo omnes pœnas purgatorii, quas pro peccatis commiſſis meruiſti, concedens tibi remiſſionem & indulgentiam plenariam omnium peccatorum tuorum, & reſtituo te illi innocentiæ, in qua eras, quando baptizata fuiſti: in nomine Patris ✠ &c.

*Finitâ miſſâ & benedictione Sacramentali, reaccepto pluviali, vadit ad Sponſam, et tradens crucem in dexteram, dicit:*

Reſpice & amplectere Sponſum tuum Jeſum pro te crucifixum. Hunc ſi amaveris, ab ipſo coronaberis: eſto ei conſors in pœna, ut ſis cohæres ejus in gloria.

*Tradens illi candelam in ſiniſtram, inquit:*

Apprehende lumen fidei, anchoram ſpei, flammámque charitatis, ut cum lampade ardente ſponſo obviam procedere & ad cœleſtes nuptias merearis introire. Amen

*Surgens deinde Sponſa cantat*



Regnum mundi

*Sub quo Reſponſorio Officians ducit Sponſam ad chorum et præſentat genuflexam venerandæ Matri, hæc aut ſimilia dicens:* Würdige Mutter / ich præſentire und empfehle gegenwärtige Braut ihrer mütterlichen obſorg / mit dieſer erinnerung / das / wan ſie in ſelbiger ſtraffmäſſig ermanglen ſolte / ſie



Deſſals an jenem tag ſtrenge rechenſchafft werde geben müſſen.

*Finito Reſponſorio, intonat* Te Deum laudamus, *Sub quo Sponſa dat omnibus oſculum pacis, ac tandem coram Officiante genuflectens accipit ſequentem benedictionem:*

Benedicat te cœli & terræ conditor Deus Pater omnipotens, qui te creavit & ad conſortium ſponſarum Chriſti eligere dignatus eſt; ut propoſitum teneas, patientiam cuſtodias, & coronam gloriæ percipere merearis. In nomine Patris ✠ &c.

*Abſoluto hymno Ambroſiano, devotionem finit cantando:*

℣. Benedicamus Patrem & Filium cum S. Spiritu ℟. *Laudemus*, &c.

Oremus. Deus, cujus miſericordiæ non eſt numerus & bonitatis infinitus eſt theſaurus, piiſſimæ Majeſtati tuæ pro collatis donis gratias agimus, tuam ſemper clementiam exorantes: ut, qui petentibus poſtulata concedis, eoſdem non deſerens, ad prœmia futura diſponas. P. C. D. N.

# Modus recipiendi ad Profeſsionem.

*Officians pluviali indutus vadit cum miniſtris /: ſi adſint :/ et thuriferario portante aſperſorium humidum ad chorum, aſpergit Sponſam genuflexam, tradit ei candelam in ſiniſtrā /: uti et vener. Mater crucem in dextram :/ dicens:* Accipe, Soror chariſsima Sponſa Dei, lumen Chriſti, quo & igne charitatis ſuæ ſuccenſa, in templo gloriæ ſuæ præſentari merearis. P. eundem C.D.N.

*Ducit deinde Sponſam ad Preſbyterium et coram altari genuflectens intonat:* Veni S. Spir. *uti ſuprà pag.* 15. *cum* ℣ *et Coll: et cœtera reſpectivè agit, ut ibi, excepto, quòd ſolùm benedicat velum nigrum, annulum & coronam, uti pag.* 18.

*Poſt hæc inſidet ſedili ſuo, et Sponſæ in preſbyterio ter genuflectenti et dicenti:* Suſcipe me Domine ſecundùm eloquiū tuum & vivam, & non confundas me ab expectatione mea. *qualibet vice reſpondet:* Fiat tibi, Soror mea chariſsima, ſicut vis. *Miniſtri reſpondent:* Amen.

*Chorus dein cum organo intonat ac proſequitur pſ.* 47. Magnus Dominus *&c Quo finito, Officians cantat:* Pater noſter etc.
Et ne nos inducas in tentationem ℟ *Sed etc.*
℣. Salvam fac ancillam tuam. ℟ *Deus meus &c.*
℣. Mitte ei Domine auxilium de ſancto. ℟. *Et de Sion etc.*
℣. Nihil proficiat inimicus in ea. ℟. *Et filius iniquitatis etc.*
℣. Eſto ei Domine turris fortitudinis. ℟. *A facie inimici.*
℣. Domine exaudi orationē meā. etc. Dominus vobiſcum etc.
Oremus. Omnipotens ſempiterne Deus immenſam clementiam tuam humiliter imploramus, ut præſentem famulam tuam */: vertit ſe ad Sponſam :/* Sororem. N. bene✠dicere & ſancti✠ficare tuâ pietate digneris, quatenus in propoſito regulari ſic tibi deſerviat, ut ad vitam

Pervenire mereatur æternam. P.C.D.N.

*Deinde ſedens in ſedili interrogat Sponſam, an maneat conſtans*
*in petitione priori. Quâ annuente, invitat eam dicens:* ſo geſche-
he es dan nach eurem begehren. *Tunc illa ſurgens genuflectit*
*coram Officiante et manibus complicatis, inter manus Offician-*
*tis incluſis ac ſtolâ tectis, tardè, attentè et diſtinctè pronuntiat*
*formam ſequentem Profeſſionis:* Ich Schweſter. N. gelobe und
verſpreche Gott dem allmächtigen / Mariæ der ſähligſten Jung-
frawen / dem heiligen Vatter Franciſco / allen Heiligen Gottes
und euch geiſtlichen Vatter / die täge meines lebens zu halten
die dritte Regul des H. V. Franciſci / ſo vom Pabſt Nicolao
dem Vierten und Leone dem Zehnten beſtättiget worden / zu
leben in gehorſamb / ohne eigenthumb und in ewiger keuſcheit.
*Reſpondet Officians:* Et ego ex parte Dei, ſi hæc obſer-
vaveris, promitto tibi vitam æternam. In nomine Patris
✠ & Filii & Spiritûs S. Amen.

4 *Poſtea genuflexus in ſuperiori gradu altaris intonat:* Veni Cre-
ator, *et cœtera fiunt uti ſuprà pag. 21,* *Poſt ultimam Colle-*
*ctam imponit Sponſæ velum nigrum cantando:*



Prudentes Virgines *ac deinde dicens:* Accipe velum
ſacrum, quo agnoſcas te mundũ
contempſiſſe, & te Christo, ſpon-
ſo Virginum, perpetuò ſubdidiſſe. *Similiter imponit an-*
5 *nulum et coronam cantans et dicens, uti ſuprà pag. 20.*

*Hiſce finitis, reaſſumptâ caſulâ, pergitur in miſſa, ac cœtera*
6 *omnia peraguntur, uti ſuprà pag. 21 et 22. uſque ad finem.*

# Modus celebrandi Jubilæum.

*Officians pluviali indutus vadit cum miniſtris, ſi adſint, et Thuriferario portante aſperſorium aquæ benedictæ intinctum ad chorum, aſpergit Jubilandam, tradit ei candelam in manum dextram, ac deinde canit:*



Venite exultemus Domino

*℟det Chorus:*



Jubilemus



Deo ſalutari noſtro

*Cantrices intonant pſ.* Jubilate Deo omnis terra *℟det Chorus:* Servite Domino in lætitia. *Cantrices:* Venite exultemus &c *uti ſuprà. Et ſic alternatim proſequuntur.*

*Interea deducitur Jubilanda ad locum in preſbyterio paratum.* *Datâ benedictione Sacramentali ac miſſâ cantatâ uſque ad Offertorium, Officians deponit caſulam cum manipulo et inſidens ſedili quærit â Jubilanda, quæ ſit petitio, aut, ut parcat ſeniculæ labori in reſpondendo, quærit hoc vel ſimili modo:* Ehrwürdige Schweſter. N., nicht war? ſie begehret umb die liebe Gottes ihr 50jähriges Ordens-jubilæum alhie öffentlich nuhn zu feÿren und zu halten? *quâ affirmante, jubet eam ſedere et ſumptâ dicendi materiâ de beneficio longioris vitæ, vel de merito interea temporis in Ordine acquiſito, vel de præparatione ad mortem aut aliâ materiâ congruâ brevem faciens ſermonem, tandē nomine P. Provincialis aut Capituli declarat Jubilandæ exemptionem ab officiis et operibus oneroſis uti et â choro, ad quæ non obligetur ſub pœna aut in conſcientia. Agit deinde nomine Conventûs illi gratias pro laboribus in Ordine perpeſſis, recommendans, ut amplius ſit junioribus bono exemplo, præparans ſe ad bonam mortem & cum probo ſene Simeone expectans redemptionem ſuam ex vitæ hujus miſeriis, ad jubilandum æternaliter in cœlis.*

*Poſt hæc benedicit baculum dicens:*
Adjutorium noſtrum in nomine Dñi ℟. *Qui fecit* ꝛc.
Sit nomen Dñi benedictum ℟. *Ex hoc nunc* ꝛc.
Dñe exaudi orationem meam ꝛc. Dñus vobiſcum ꝛc.
Oremus. Domine Jeſu Chriſte infirmitatis humanæ præſidium ſingulare, qui humanitatis & languorum noſtrorum factus es particeps, ut nos virtute tuâ corroborares & in te confortante omnia poſſemus; quique lignum S. Crucis tuo ſacro Sanguine & morte ſanctificâſti, ut eſſet nobis in ſpei ſuſtentaculum & imbecillitatis noſtræ firmamentum: bene✠dic quæſumus baculum hunc, ut famula tua, quæ eo utetur, ſanctiſſimæ crucis tuæ meritis innixa, tutius in omnibus viis gradiatur & ad te unicum ſolatium noſtrum pervenire mereatur. Qui vivis & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen. *Deinde aſpergit baculum ac thure incenſat, traditque in dextram Jubilariæ dicens:*

Accipe virgam virtutis tuæ, ut in ejus præſidio ſtes recta in ſemita mandatorum ejus, qui vivit & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

*His actis, Officians proſequitur miſſam. Sub Præfatione Jubilaria invitata et ducta â Diacono vel conſanguineo aliquo, aſſumptâ candelâ, ad cornu Epiſtolæ extrahit et offert monetã, candelæ infixam ac ad unum ſaltem Coronatum excurrentem, cui pariter omnes conſanguinei et amici præſentes ſuccedunt ad offertorium, quod ſoli pro juribus Jubilæi competit P. Confeſſario.* *Finitâ miſſâ ac benedictione Sacramentali, Officians aſſumpto pluviali, intonat:* Te Deum laudamus ꝛc. *et datâ candelâ in ſiniſtram, retento in dextra baculo, ducit Jubilariam ad chorum, quæ in medio chori perſiſtens accipit â qualibet Sorore oſculum pacis et ab Officiante benedictionem ſequentem:*



Benedicat te cœli & terræ Conditor Deus Pater omnipotens, qui te creavit & ad annos jubilæi in ſacro Ordine conſervare dignatus eſt; ut propoſitum teneas, charitatem diligas patientiam cuſtodias & coronam gloriæ percipere merearis. In nomine Patris ✠ & ꝛc.

*Finito hymno Ambroſiano, finitur devotio canendo ℣ et Coll: uti ſuprâ pag. 23.*

# Modus eligendi Matrem

Præſes electionis ante electionem obſervet ſequentia: 1. circa capaciores pro bono regimine ac regulæ et ſtatutorum obſervantia conferat cum Seniorisſis, indagétque per aſſiſtentes favores et inclinationes vocaliū. 2. Sit parcus in verbis, ſervétq; ſecretum, utpote omnium negotiorum nervum præcipuum. Unde non laudet aut vituperet, ſiquam laudari aut vituperari audiat: obſervet omnes ſtudio et dexteritate: nunquam ſe expectoret, quid intendat, àut in quam collimet, nec unquam ſtet pro parte eligentium, niſi certò ſe prævaliturū videat. Si autem unam ex eligendis videat digniorem cœteris, per aſſiſtentes ad hujus electionem Sorores diſponat. 3. Juxta Trident: ſeſſ. 25. c. 7. de regular: pro electione Superiorisſæ duplex requiritur tempus, ſcil: eligatur /: ſunt verba:/ non minor annis quadraginta et quæ octo annis poſt expreſſam profeſſionem laudabiliter vixerit. Unde, ſi adſit una ſola iſtius ætatis, ſi ſit idonea, licèt aliæ minoris ætatis ſint digniores, illa ſola eligenda erit. Lavor. d. c. 24. n. 7. Tamb. diſp. 28 q. 2 n. 10. Paſqual. n. 654 etc. 4. Ad Canonicam electionem requiritur ſaltem medium votum ſupra medietatem votantium. Unde ſi ex 25 V. S. Vocalibus tredecim ſint unanimes, electio Canonica erit.

Quantùm ad electionem ipſam: pridie comm̄icant Sorores. Poſt prandium, dato circa horam circiter 2dam ſigno, Præſes poſt brevem ſermonem ponit 3 terminos Canonicos, accipitquè claves et ſigillum Conventûs.

Ipſo die electionis horâ 6tâ legitur primum ſacrum cum expoſitione SSmi, coram quo Sorores binæ et binæ orant uſque ad horam electionis.

In loco electionis ponitur parva menſa cum duabus candelis et cruce in medio ac candelâ ex cera alba et floribus ornatâ.

Horâ 8vâ P. Confeſſarius, præviâ intonatione: Veni S. Spiritus etc uti ſuprà p. 15, ac benedictione cum SSmo, cantat miſſam de Spiritu S.; poſt quam, repoſito SSmo, Præſes et Aſſiſtentes induti paramentis albis intonant coram altari: Veni Creator Spiritus. Quem hymnum proſequentes Sorores deſcendunt è choro ad eccleſiam et locum electionis binæ et binæ, ſubſequentibus Præſide et Aſſiſtentibus. Cantatis in loco electionis verſu et collectâ, uti ſuprà p. 15, ac depoſito pluviali, accenſiſque candelis duabus

Præſes cum aſſiſtentibus ſedens ante menſulam, finitâ exhortatiunculâ, quærit, an aliqua habeat, quod velit opponere contra eligentes? Datâ reſponſione negativâ, quærit, an velint jurare in electionem dignioris? annuentibus ſororibus præcipit velut ſignum juramenti manum pectori admoveri ac deinde ter altè quærit hac vel ſimili formâ: Gelobet und verſprechet ihr Gott dem allmächtigen nach der warheit eures gewiſſens dieſelbige zur Mutter zu erwehlen / welche euch die würdigſte zu ſeÿen im Herrn gedüncket? Dicto â qualibet: wir gelobent, quælibet ſoror accipit de manu Præſidis ſcedulam uniformem, in qua habentur hæc: Ich erwehle zu einer Mutter die Schweſter, cui proinde eligens adſcribit nomen†, complicat ſcedulam et mittit in ſcutellam ad hoc paratam.

[Margin: † ſelectæ, non proprium. Vel, ſi una aut altera ſcribere neſciat, ex communicatis ſibi à Præſide omnium eligibilium nominibus unum exſcindit ac Præſidi præſentat.]

Præſes dein, factâ ſcedularum confuſione, quærit altâ voce ter: placétne vobis, ut numerentur ſcedulæ? quibus uti et Sororibus numeratis, quærit itidem ter: placétne vobis, ut aperiantur et legantur ſcedulæ? Aperiuntur deinde et leguntur altâ voce ſcedulæ â duabus ſucceſſivè Sororibus â Præſide cum conſenſu Sororũ ad id deputatis. NB. ante apertionem ſcedularum, imò ante promulgationem poteſt pars minor aut æqualis aliam accedere.

Poſt hæc quærit altè ac ter Præſes: éſtne aliqua inter vos, quæ perſonæ electæ aut electionis modo quidquam velit opponere? non ſecutâ affirmatione, fiat ab Aſſiſtente ſequens promulgatio: Anno



N. den ⁊tag ⁊ ich F. NN. thue hiemit und krafft dieſes in meinen und aller deren nahmen / ſo alhie rechtmäſſig im H. Geiſt wegen der wahl einer würdigen Mutter verſamblet ſeÿndt / nennen und verkündigen zu einer würdigen Mutter dieſes Gottes-hauß zu Röeſtorff die Schw. NN., auff welche die mehrſte ſtimmen deren Vocalinnen nemblich NN gegen NN gefallen / und dieſe alſo rechtmäſſig erwählte verkündige ich allen und jeden im nahmen des Vatters etc. Et comburuntur ſcedulæ.

Poſt hæc Mater electa vocata â Præſide et genuflexa confirmatur ſub hac forma: Ego hanc electionem nomine A. et Ex. P. Min. Provincialis /: ſi abſit :/ ratifico, & te electam matrem confirmo in nomine Patris & ✠ etc. Traditis deinde ei clavibus et ſigillo Conventûs, ipſa ſurgit et ſedet ad ſiniſtram Præſidis, â quo poſt brevem exhortationem de reverentia et obedientia Ven. Matri præſtandâ invitantur Sorores ad exhibendum ei ſub manûs oſculo primum homagium. Quo peracto, accenditur 3tia candela, quam Præſes tradit Matri dicens: Accipe lumen, ut luceat lux tua inter ſorores tuas, ut videant bona opera tua, & glorificent Patrem ſuum, qui in cœlis eſt. ℟ Amen.

Quibus dictis, Aſſiſtentes intonant hymnũ: Te Deum laudamus, quem Sorores proſequentes vadunt binæ et binæ per eccleſiã ad chorum ſub pulſu campanarum et organi. Mater inter duos Aſſiſtentes ſequitur ac tandem Præſes, qui, dum ad altare ſummum perventum fuerit, inſidet in ſupremo gradu ſedili, et Mater coram eo genuflexa emittit ſequens juramentum: Ich Schweſter NN. gelobe und verheiſſe Gott dem allmächtigen, Mariä ſeiner hochwürdigen Mutter, unſerem ſähligen Vatter Franciſco, allen Heiligen Gottes und euch Vatter / die gantze zeit meines lebens biß am end zu halten den wahren allein ſähhlig machenden Catholiſchen glauben / und in der in dieſen

Gottes-haus von mir abgelegter profeſſion ſtähts zu verharren. Ich verheiſſe auch zu befürderen die clöſterliche zucht, Gottes-dienſt und Göttliche ehr, ſo viel mir möglich ſeÿen wirdt, und will nichts laſſen ermanglen an meinen kräfften, mühe und fleiß, das jenige embſig zu beobachten und werckſtellig zu machen durch mich und meinen unterthanen, was zum geiſtlich- und zeitlichen auffkommen dieſes cloſters nützlich ſeÿen kan. Hierzu bitte ich und ruffe an umb gnad und beÿſtand die allerheiligſte Dreÿfaltigkeit, Gott Vatter, Sohn und heiligen Geiſt. Amen.

*Ducitur deinde Mater ad Chorum per Aſſiſtentes et Præſidē, à quo genuflexa accipit ſequentem benedictionem:* Benedicat te cœli & terræ Conditor, Deus omnipotens, qui te creavit & eligere dignatus eſt in Matrem harum ſponſarum, ut eis verbo & exemplo præluceas & coronam æternæ gloriæ percipere merearis. In nomine Patris & ✠ *etc Finito Hymno Ambroſ., cantatur ℣ ab Aſſiſtentibus, uti ſuprà p. 23, et collecta à Præſide, qui dein cantat ſolemniter miſſam de SS. Trinitate cum expoſitione SSmi ac benedictione Sacramentali.*



# Modus aſſiſtendi infirmis monialibꝰ &

*Poſt quamlibet viſitationem dicatur ſequens benedictio S. P. Franciſci:* Benedicat ✠ tibi Dominus & cuſtodiat te: oſtendat faciem ſuam tibi & miſereatur tuî: convertat vultum ſuum ad te, & det tibi pacem. Amen. *Deinde fiat aſperſio cum aqua benedicta.*

*Animâ â corpore ſolutâ, orat P. Confeſſarius cum Sororibus* Si iniquitates. De profundis &c *cum ℣ et Coll.*ᵗ, *legitque diebus ſequentibus 30 ſacra erga tres Coronatos â Conventu ſolvendos, ſicut et in anniverſario præter ſummum 4 ſacra erga mediũ Coron.*

✝vel uti in Breviario vel Diurnali post &c. commendat. animæ

# Modus adminiſtrandi Viaticum:

**Prænotanda:** *Differt Viaticum ab ordinaria Communione, quòd in hac detur gratia bene vivendi; in illo autem bene moriendi. Unde in periculo mortis obligat ſub mortali. Hic tamen obſervandum 1. Qui manè ſanus communicavit ex devotione, et eodem die incidit in periculum mortis, juxta probabilem et in praxi tutam poteſt ſed non tenetur eo die communicare pro viatico. 2. Qui verò poſt octiduum ab ultima communione incidit, quanquam juxta probabilem non ſit obligatio, in praxi tamen dandum illi Viaticum. 3. Infirmus non jejunus, ſi non poſſit commodè expectare, aut alterâ die adſit difficultas ex parte miniſtrantis, poteſt communicare pro viatico, imò et ſæpiùs ex devotione. 4. Si infirmus ob indiſpoſitionem ſtomachi ejiciat omnia, quæ ſumit, non detur illi Communio ob certam irreverentiam. Idem probabiliùs eſt in dubio, an ſacras ſpecies ſit rejecturus: hoc tamen caſu poſſet infirmo dari minima particula in liquore vel juſculo, vel etiam priùs particula non conſecrata, hácque non rejectâ, deinde Communio. 5. Continua tuſſis non obſtat Communioni, ſi ſpecies ad ſtomachum deſcendere poſſint: quia alia eſt via, quâ ſputa ex pectore vel pulmonibus per tuſſim, et alia, quâ cibi et potus ex ſtomacho per vomitum rejiciuntur. 6. Si infirmus paulò poſt Communionem revomeret, et ſacræ ſpecies non apparerent, juxta rubricas Miſſalis vomitus comburatur, et cineres in ſacrarium mittantur; Si verò apparerent ſpecies; vel eæ purgari poſſunt, vel non? in primo caſu purgari et ſuo tempore ſumi debent: aſt in 2do, ſi nullus cordatus ſumere vellet, in aqua bacillo diſſolvendæ ſunt, ut deſinant eſſe ſpecies panis, et maſſa projicienda in S. piſcinam. 7. Viaticum dandum eſt adulto in dubio, an ex amentia vel à nativitate ſit privatus uſu rationis: item illi, qui uſum rationis habuit, nec ſcitur amiſiſſe in mortali: item ſemifatuo vel debilem uſum rationis habenti: item phrenetico vel deliranti, ſi alligatus admittat alios cibos, cui in dubio poſſet dari primò hoſtia non conſecrata, et, ſi hanc reverenter accipiat, deinde conſecrata. Item dandum eſt pueris, etſi antea non communicaverint, modò judicentur uti ratione et inſtrui poſſint. In dubio eſt poſſeſſio pro libertate. In his autem caſibus ſollicitè præcaveri debet periculum irreverentiæ. Et ſi hoc periculum non timeatur in energumeno vel obſeſſo, ei quoque dari debet Viaticũ, licèt dœmon impediat, quò minùs profiteatur Chriſtum præſentẽ. Semper tamen in dictis caſibus, ſi poſſit, præmittenda eſt abſolutio.*



*Antequam deferatur ſacra Synaxis, priùs per Pœnitentiæ Sacramentum purgetur anima infirmæ. Deinde excitetur ad magnum deſiderium Chriſtum ſuſcipiendi, ad vivam fidem, firmam fiduciam, ardentem charitatem, contritionem, reſignationem, patientiã dilectionem proximi etc., conſiderando, quantus ſit amor Dei erga hominem, quæ dignatio, quantùm æſtimet animam &c: veniet ad te Deus ipſe, Salvator tuus amantiſſimus, ut carne ſuâ ac pretioſo Sanguine te paſcat, gratiam ſanctificantem conferat, augeat &c, ut te ſoletur, confortet, illuminet, te bonis cœleſtibus ditet etc. præeundo in hos vel ſimiles breves affectus:* Du im Hochwürdigen Sacrament unter den geſtalten des brods verborgener Gott / biſt Chriſtus der Sohn des lebendigen Gottes / welcher vor mich menſch worden / und den bitteren todt am creutz gelitten hat. Dieſes glaube ich / weilen du / o Gott! es alſo offenbahret haſt. Ich hoffe auff dich Herr / dan bey dir iſt barmhertzigkeit und überflüſſige erlöſung. Dich liebe ich / o Herr! dan du biſt meine ſtärcke, meine zuflucht, mein erlöſer / mein Gott und alles gutes. Ach hätte ich dich allzeit geliebt und niemahl beleidiget! Ich verlange dich tauſendmahl, mein Jeſu! wan wirdſt du zu mir kommen? Ich befehle dir mein leib, meine ſeele. Nichts mehr wünſche ich / als das an mir erfüllet werde dein heiliger will. Aus liebe gegen dich verzeihe ich allen die mich beleidiget / du wirſt mir auch nach deiner groſſen barmhertzigkeit verzeihen / und bitte allen / die ich beleÿdiget / mir zu verzeihen. *etc.*

*Si ampliora deſiderentur ab infirma, ea deſumi poſſunt ex pag. 46 et ſeq.*

*Poſt hæc, cunctis ad deferendum Viaticum ritè diſpoſitis, dato ſigno, Sorores comparent in Eccleſia et comitantes P. Confeſſarium, in ſuperpellicio et ſtola portantem Ciborium burſam et |: ſi opus ſit :| oleum infirmorum, alternativè orant pſ.* Miſerere &c, *quem ſub ingreſſu in cubiculum infirmæ abrumpunt dicendo:* Gloria Patri &c *Tum P. Confeſſarius:* Pax huic domui ℟ Et omnibus habitantibus in ea. ✠

*Depoſito Ciborio, aſpergit aquâ benedictâ infirmam, præſentes et cubiculum dicens:* Aſperges me, Domine, hyſſopo & mundabor, lavabis me & ſuper nivem dealbabor. *pſ.* Miſerere meî Deus ſecundùm magnam miſericordiam tuam. Gloria Patri & Filio & Spiritui S. ſicut erat *etc.* Aſperges *etc* *Dein coram SSmo genuflexus ac ſurgens orat:* Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam. ℟ *et ſalutare tuum da nobis.* Salvam fac ancillam tuam |: *ſalvum fac ſervum tuum* :| ℟ *Deus meus ſperantem in te.* Mitte ei Domine auxilium de ſancto. ℟ *et de Sion tuere eam |: eum :|* Nihil proficiat inimicus in ea |: *in eo* :| ℟. *et filius iniquitatis non apponat nocere ei.* Eſto ei Domine turris fortitudinis ℟ *â facie inimici.* Domine exaudi orationem meam &c Dominus vobiſcum &c Oremus. Deus infirmitatis humanæ ſingulare præſidium, auxilii tui ſuper infirmam noſtram |: *infirmum noſtrū* :| oſtende virtutem, ut ope miſericordiæ tuæ adjuta |: *adjutus* :| eccleſiæ tuæ ſanctæ incolumis repræſentari mereatur. P.C.D.N.

*Tunc accedens infirmam, quærit, an habeat adhuc aliquid, quod gravet conſcientiam. Item, ſi præviè non elicuerit, cum ea elicere poterit pios affectus, uti pag. priore. Deinde infirma vel Sorores dicant* Confiteor &c *quo finito, P. Confeſſ. genuflectens et convertens ſe ad infirmam dicit:* Miſereatur tuî omnipotens *etc* Indulgentiam *etc. Oſtendens S. hoſtiam inquit ecce Agnus Dei, ac ter:* Domine non ſum dignus &c *vel germanicè:* O Herr! ich bin nicht würdig / das du eingeheſt unter mein dach, ſondren ſprich



nur ein wort, ſo wird meine ſeele geſund. *Præbens S. Hoſtiam ait:* Accipe Soror |: *frater* :| Viaticum Corporis Domini noſtri Jeſu Chriſti ✠, qui te cuſtodiat ab hoſte maligno & perducat in vitam æternam Amen.

*Poſtea, depoſito Ciborio, excuſſis et lotis digitis, item ſumpto ab infirma ad faciliùs conſumendas S. Species paululùm liquoris; ſtans orat:* Domine exaudi orationem meam &c Dominus vobiſcum &c Oremus. Domine ſancte Pater omnipotens æterne Deus, te fideliter deprecamur, ut accipienti Sorori noſtræ |: *fratri noſtro* :| ſacroſanctum Corpus Domini noſtri Jeſu Chriſti, Filii tui, tam corporis quàm animæ proſit ad ſalutem. Per eundem C.D.N. Oremus. Exaudi nos Domine ſancte Pater omnipotens æterne Deus, & mittere digneris ſanctum Angelum tuum de cœlis, qui cuſtodiat, foveat, protegat, viſitet atque defendat hanc infirmā |: *hunc infirmum* :| & omnes habitantes in hoc habitaculo. P.C.D.N.

*His dictis, ſuggerit infirmæ pia quædam ſuſpiria, uti infrà, ſtatim, vel meliùs |: ne religioſa Communitas diu exſpectare cogatur :| poſt repoſitionem Ciborii.*✠ *Accipiens proinde S. Pixidem, benedicit infirmæ dicens:* Benedictio Dei omnipotentis, Patris & Filii ✠ & Spiritûs S. deſcendat ſuper te & maneat ſemper. Amen *redit ſub alternativa recitatione hymni:* Te Deum laudamus &c *cū Sororibus ad Eccleſiam et repoſito Ciborio, factâ genuflexione, in ſupremo gradu ſtans, orat:* Panem de cœlo præſtitiſti eis. ℟ *omne delectamentum in ſe habentem.* Oremus. Deus, qui nobis ſub Sacramento mirabili paſſionis tuæ memoriam reliquiſti, tribue, quæſumus, ita nos Corporis & Sanguinis tui ſacra myſteria venerari, ut redemptionis tuæ fructum in nobis jugiter ſentiamus. Qui vivis & regnas in ſœcula ſœculorum.

*Demum aſſumpto Ciborio dat benedictionem, clauditq; tabernaculū.*

✠ *Si non detur Ext. Unctio. aliàs ùt infrà ad ſignū: NB pag. 71*

*Suſpiria infirmæ, ùt ſuprà, ſuggerenda, ſequentia ſervire poſſunt:*

Wer biſt du / o Herr! und wer bin ich / das du zu mir kommen biſt? ein un-
endlich-groſſer Herr zu eine ſchlechte dienerin. Du / der du aus dem ſchoos
deines Himliſchen Vatters in den aller reineſten leib der Jungfrauen Mariä
hinunter geſtiegen / kommeſt jetz in einen ſtinckenden miſt-hauffen? O
Herr! ich weis es wohl / deine unendlich-groſſe liebe gegen mich hat dich
alſo erniedriget. Nuhn / o Herr! habe ich dich / der du haſt und vermachſt
alles. Laß meine ſeele genieſſen die ſüſſigkeit deiner gegenwarth.
Laß ſie ſchmecken, wie ſüß und angenehm du ſeyeſt / o Herr! damit ſie nichts
ſuche oder begehre / als dich allein. Dan du biſt die freudt meines hert-
zens, mein eintziges verlangen, mein unendlich-groſſer ſchatz. Ge-
dencke, das du ſo freundtlich umbgangen biſt mit den publicanen und offenen
ſünderen. du haſt dich verdemühtiget biß zum todt des creutzes.
Durch dieſe deine demuht laß dich bewegen, das du meiner nicht verſchmäeſt
und mich von deinen angeſicht nicht verwerffeſt. Dich liebe ich von
gantzen hertzen / du mein höchſtes Guht. Auff dich, o mein Jeſu! ſetze
ich meine hoffnung / mein vertrauen. Nicht nach meinen viel-
fältigen ſünden ſondren nach deiner groſſen barmhertzigkeit thue mit
mir. Dan es reuet mich von hertzen / und wirdt mich ewig reu-
en, das ich dich / meinen gütigſten Gott, ſo offt und ſchwer beleÿdiget
habe. O mein liebwerthſter Heÿlandt! wie groß iſt deine barmhert-
zigkeit über mich! den du mit deinen koſtbarſten Bluth nicht allein
ſo theur erkauffet haſt, ſonderen auch dich ſelbſt ſo offt zur ſpeiß und tranck
und jetz zu einer H. weg-zährung mir gegeben. Was ſoll ich dem
Herrn wieder erſtatten, da ich arm und bedürfftig bin? Mein hertz
iſt bereit o Gott! mein hertz iſt bereit. Siehe! mein hertz, meine ſee-
le, mein leib gebe ich dir. Nehme mich gantz hin / den du gantz ge-
macht haſt; und da ich gantz verlohren war, dich gantz vor mich gege-
ben haſt. Waß für eine abwechſlung iſt es aber, o Herr! wan ich
gebe vor einen Herrn eine dienſtmagd / vor einen Gott einen menſchen / vor ei-
nen heiligen und gerechten einen gottloſen / vor ein unbeflecktes Lamb eine



garſtige ſünderin. Du aber o Herr! der du mich würdig geachtet, das
du dich ſelbſten für mich zum ſchlacht-opfer gegeben, ich bitte dich / ver-
werffe mich nicht von deinen H. angeſicht. Nehme an die dienerin /
der für mich die geſtalt eines dieners haſt angenommen: nehme an den men-
ſchen / der für mich biſt menſch worden: nehme an die ſünderin / der du
biſt kommen die ſünder ſeelig zu machen. Wie ein Vatter ſich ſeiner
kinder erbarmet / alſo erbarme dich meiner, o barmhertziger Gott!
Du haſt mich ſo gnädig beſuchet / ich will dich nicht entlaſſen / ehe du mich
ſegneſt. ſo ertheile mir dan mit dem Vatter und dem H. Geiſt deinen
heiligen ſegen und überflüſſige gnad dir mit einen reinen hertzen allzeit
vollkommen zu gefallen / und dich als das Brod der Englen würdiglich zu
gnieſſen im leben und Gottſeelig im himmel. amen

O himliſcher Vatter! ſiehe deinen geliebten Sohn / welchen ich unter den
geſtalten des brods warhafftig empfangen habe. welcher dir gehorſam
geweſen biß zum todt des creutzes. Denſelben opfere ich dir auff in
vereinigung des blühtigen opfers / womit er ſich am creutz dir auffgeop-
feret hat. Iſt er nicht dein eingebohrner unſchüldiger Sohn / welchen
du ſelbſten nicht verſchönet / ſondren vor einen undanckbaren menſchen dargegeben
haſt? Ich bitte dich / da die wunden deines Sohns dir offen ſeÿnd / las mei-
ne laſteren vor dir verborgen ſeÿen / und gleich wie mein fleiſch dich zum
zorn angereitzet / alſo las das fleiſch deines Sohns dich zur barmhertzigkeit bewe-
gen. O allerſeeligſte gebenedeÿete Jungfrau Maria / du nächſt
Gott meine gröſte hoffnung! ſehe da deinen einigen Sohn / den du würdig
geweſen neun monath unter deinen hertzen zu tragen. Seÿe auch meine
barmhertzige mutter und erlange beÿ ihm nachlaſſung meiner ſünden und allen
in nieſſung dieſes hochw. Sacraments von mir begangenen fehleren.

O ihr HH. Engel und Ertzengel / ihr meine Patronen NN. und alle
Auſerwehlte Gottes! ſehet da euren und meinen allerliebſten Herrn und Gott!
in deſſen anſchaung ihr euch ewig erfreuet. Erlanget mir die gnad / in der freund-
ſchafft Gottes zu leben und zu ſterben / und mit euch mich zu erfreuen im himmel.
amen.

# Modus dandi Extremā Unctionē

Prænotanda: 1. *Quando infirmitas eſt periculoſa, excitandus*
*eſt infirmus ad ſuſcipiendam Extremam Unctionem, exponendo ef-*
*fectus illius, ſcilicet quòd conferat gratiam, purget animam â reli-*
*quiis peccatorum, roboret contra tentationes dæmonis, et, ſi animæ ex-*
*pediat, reddat ſanitatem corporis, utì teſtatur S. Scriptura. Unde te-*
*netur infirmus ſaltem ſub veniali ſuſcipere, et Parochus vel P. Confeſ-*
*ſarius ſub mortali ſuis miniſtrare hoc Sacramentum etiam in mor-*
*bis contagioſis. Adimenda autem plebejis eſt vulgaris exiſtimatio, qua-*
*ſi ſemel inuncto non liceret ampliùs ſaltare aut nudis pedibus incedere.*
2. *Danda eſt Extrema unctio ſolis ex ſola conſtitutione interiore*
*corporis graviter infirmis: V.G. ob ſanguinem è naribus fluentem, qui ſi-*
*ſti non poſſit: puerperæ, cui ob ſpecialem rationem timenda mors etc,*
*non autem ſupplicio plectendis, ituris in prœlium aut pede minuendis.*
3. *Danda eſt pueris, ſufficientem rationis uſum habentibus ad peccan-*
*dum, licèt S. Communione nondum refectis: item adultis ratione*
*aliquando uſis et in mortali certo non conſtitutis. V.G. furioſis, lapſis*
*in amentiam, ebrio deficienti, vulnerato in duello, ſi tempus ſuper-*
*fuit pro contritione, quod in dubio præſumendum eſt. Generatim*
*in dubio quocuncque V.G. an ſit unquam uſus ratione, an ſit in mor-*
*tali, an ſit periculum mortis, etc. Sacramentum hoc conferri debet, ni-*
*ſi adſit periculum formalis irreverentiæ; materialis enim permitti*
*poteſt ob neceſſitatem et bonum animæ, quod ſperatur.* 4. *Non*
*eſt iteranda in eodem morbo, niſi poſt unctionem periculum mor-*
*tis deſinat et poſtea revertatur. Hinc tali re-adveniente periculo ite-*
*rum dari debet, maximè ſi extra periculum data fuiſſet, utpote ir-*
*rita.* 5. *Probabiliùs ad eſſentiam hujus Sacramenti per ſe re-*
*quiritur, ut omnia quinque ſenſuum organa /: vel, ſi unum deſit,*
*pars propinqua :/ ſub ſpeciali forma, ùt infrà, ſeorſim inungan-*
*tur. Si mora non permitteret proferre omnes illas formas,*



*inungantur citò omnes ſenſus, etiam ſinè cruce, non ſervato ordine et*
*unus ex duplici V.G. una auris, manus etc ſub hac generali forma:* Per
iſtas ſanctas unctiones & ſuam piiſſimam miſericordiam indulge-
at tibi Dominus, quidquid per viſum, guſtum *etc. Imò, urgente mor-*
*te, inungenda eſſet frons, utpote ſedes ſenſuum, ſub hac forma:* Per iſtam
ſanctam unctionem *etc* indulgeat tibi Dñus, quidquid per omnes
ſenſus deliquiſti. *In his autem caſibus, ſi æger ſupervivat, repeten-*
*dæ ſingulorum ſenſuum unctiones ſub conditione:* ſi es capax, per iſtā
*etc. Quòd ſi dubitet, an æger obierit, proſequatur ſub conditione*
Si vivis, per iſtam *etc.* 6. *Dum oleum benedictum deficit, af-*
*fundatur modicum de non benedicto. Si per errorem chriſma*
*eſſet adhibitum, probabiliter Sacramentum valeret, nihilominus un-*
*ctio, ſi commodè fieri poſſet, repetenda foret ſub conditione.* 7. *An-*
*te adminiſtrationem hujus Sacramenti apud infirmum prævìe parari debet*
*menſa linteo candido tecta, cui imponatur unum ad minùs luminare, Cru-*
*cifixus, vas aquâ plenum cum mantili et medullâ panis ad abſtergen-*
*dos Sacerdotis digitos, item pelvis cum ſex globulis ex ſtupa vel bombi-*
*ce ad detergendas partes inunctas, ac demum vas aquæ benedictæ cum*
*aſperſorio. Item fiat ab infirmo /: ſi opus ſit :/ confeſſio, aut ſaltē contritio.*
*Hiſce paratis, fit proceſſio Sororum ſub alternativa recitatione pſ.*
Miſerere *cum P. Confeſſario in ſuperpellicio et ſtola* violacea *portante S. Oleum, item*
*aſperſio in cubiculo, utì ſuprà pag. 66. Deinde orat:* Adjutorium no-
ſtrum in nomine Domini. ℟. *Qui fecit cœlum et terram.* Domine ex-
audi orationem meam &c. Dominus vobiſcum &c. Oremus. Deus, qui
B. Petrum Apoſtolum tuum miſiſti ad Thabitam famulam tuam,
ut precibus ejus ſuſcitaretur ad vitam, exaudi nos quæſumus, ut
famulæ tuæ /: *famulo tuo* :/ quam /: *quem* :/ in nomine tuo noſtra viſitat
infirmitas, medicinæ tuæ medela ſubveniat. P.C.D.N.

**NB.** *Si, dato Viatico, detur Extrema Unctio, præcedentia omittenda*
*ſunt, elicitque P. Confeſſarius, poſt ſuggeſta ſuſpiria, ùt ſuprà, pro communione,*

J.-H.-A. Linden

*instituteur*

Lamadelaine

*cum infirma pios affectus V.S. fidei erga hoc Sacramentum, Spei obtinendi promiſſa, amoris in Deum adeò benignum, et gratiarum actionis pro occaſione ſuſcipiendi hoc Sacramentum, multis denegatâ. Item ſuggerit, ut infirma ſub unctione ſe occupet piis affectibus V.S.* Jeſu du Sohn des lebendigen Gottes erbarme dich meiner. Seÿe mir armen ſünderin gnädig. Verzeihe mir, was ich mit meinen fünff ſinnen wieder dich verſündiget habe *etc.*
*Tum redit ad menſam et coram Crucifixo genuflexus cum aliis orat:*
Kyrieeleiſon *Chriſteeleiſon* Kyrieeleiſon. Chriſte audi nos. *Chriſte* ℭ

Pater de cœlis Deus
Fili Redemptor mundi Deus
Spiritus S. Deus
S. Trinitas unus Deus — miſerere ejus

S. Maria
S. Dei Genitrix
S. Virgo virginum
S. Michaël
S. Gabriel
S. Raphaël — ora pro ea

Omnes SS. Angeli & Archangeli.
Omnes SS. beatorum Spirituum Ordines — orate pro ea

S. Jões Baptiſta
S. Joſeph — ora pro ea

Omnes SS. Patriarchæ & Prophetæ. Orate pro ea.

S. Petre
S. Paule — ora pro ea

Omnes SS. Apoſtoli & Evangeliſtæ. Orate pro ea

Omnes SS. Diſcipuli Dñi
Omnes SS. Innocentes — orate pro ea

S. Stephane
S. Laurenti — ora pro ea

Omnes SS. Martyres. Orate pro ea

S. Gregori
S. Ambroſi
S. Auguſtine
S. Hieronyme — ora pro ea

Omnes SS. Pontifices & Confeſſores. Orate pro ea

S. Maria Magdalena
S. Catharina
S. Eliſabeth — ora pro ea

Omnes SS. Virgines
Omnes SS. Mulieres & Viduæ — orate pro ea

Omnes Sancti & Sanctæ Dei intercedite pro ea
Propitius eſto. Parce ei Dñe

Propitius eſto
Ab omni malo — Libera eã Dñe



Ab hoſte iniquo
â ſpiritu ſuperbiæ
â ſpiritu apoſtaſiæ
ab ira & odio & omni mala voluntate
ab ira tua
â morte perpetua
per myſterium S. Incarnationis tuæ.
per ſanctam nativitatẽ tuã
per crucem & paſſionẽ tuam
per mortem & ſepulturã tuã
per glorioſã reſurrectionẽ tuã
per admirabilẽ aſcenſionẽ tuã
per adventũ Spiritûs S. paracliti
in die judicii — Libera eam Domine

Peccatores
ut pacem ei dones
ut ei parcas — te rogamus audi nos

ut locum & ſpatium pœnitentiæ ei dones
ut omnes cogitationes pravas ab ea /: eo :/ auferas.
ut mentem ejus ad cœleſtia deſideria erigas
ut gratiã & conſolationẽ S. Spiritûs cordi ejus infundas
ut principes tenebrarum ab ea /: eo :/ repellas
ut donũ perſeverantiæ ei concedas
ut eam /: eum :/ â lecto ægritudinis ſuæ erigas
ut nos exaudire digneris
Fili Dei — Te rogamus audi nos

Agnus Dei &c Parce ei Domine
Agnus &c Libera eam /: eum :/ Dñe
Agnus &c Dona ei pacem
Kyrieeleiſon *Chriſteeleiſon* Kyrieeleiſõ

Pater noſter &c Et ne nos inducas in tentationem ℟. *ſed libera nos â malo.* ℣. ſalvam fac ancillam tuam /: *ſalvum fac ſervum tuum* :/ ℟. *Deus meus ſperantem in te.* ℣. Eſto ei Domine turris fortitudinis ℟. *â facie inimici.* ℣. Mitte ei auxilium de ſancto ℟. *et de Sion tuere eam /: eum :/* ℣. Nihil proficiat inimicus in ea /: eo :/ ℟. *et filius iniquitatis non apponat nocere ei.* ℣. Dñus opem ferat illi ℟. *Super lectum doloris ejus.* Domine exaudi orationem meam ℭ Dñus vobiſcum ℭ /: *ſurgit Sacerdos* :/ Oremus. Deus, qui Ezechiæ famulo ter quinos annos ad vitam donâſti, ita & hanc famulam tuam /: *hunc famulum tuum* :/ â lecto ægritudinis tua potentia erigat. P.C.D.n.
Oremus. Reſpice Domine famulam tuam /: *famulum tuum* :/ in

infirmitate ſui corporis laborantem & animam refove, quam creâſti, ut caſtigationibus tuis emendata /: emendatus :/ continuò ſe ſentiat tuâ medicinâ ſalvatam /: ſalvatum :/ P.C.D.N.

Oremus. Domine Deus, qui per Apoſtolum tuum Jacobum locutus: infirmatur quis in vobis, inducat Preſbyteros Eccleſiæ & orent ſuper eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei ſalvabit infirmum & alleviabit eum Dominus, & ſi in peccatis ſit, remittentur ei; cura, quæſumus, Domine Redemptor noſter, gratiâ Spiritûs S. languores iſtius infirmæ /: infirmi :/ & ſana ejus vulnera, ejúſque dimitte peccata, atque cunctos dolores cordis & corporis ab ea /: eo :/ expelle, & plenam ei interiùs exteriúſque ſanitatem miſericorditer redde, ut ope miſericordiæ tuæ reſtituta /: reſtitutus :/ & ſanata /: ſanatus :/ ad priſtina pietatis tuæ reparetur officia. Qui vivis & regnas Deus per omnia ſœcula ſœculorum. /: *Dicto deinde ab infirma vel præſentibus* Confiteor, *verſus illam dicit:* Miſereatur tuî &c. *et* Indulgentiam, abſolutionem ✠ &c. :/ *Mox, lotis manibus, accedens cum S. Oleo ad infirmam et formans crucem ſuper eam inquit:* In nomine Patris ✠ & Filii & Spiritûs S. *et imponens manum dextram ſuper caput infirmæ pergit:* Extinguatur in te omnis virtus diaboli per impoſitionem manuum noſtrarum & per invocationem omnium SS. Angelorum, Archangelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, Virginum atque omnium ſimul Sanctorum. ℟ *Amen.*

*(/: hæc omittuntur, ſi ſtatim acceperit Viaticum.)*

*Tunc dextrum pollicem intingens oleo inungit primò oculos clauſos dextrum et ſiniſtrum, proferens ſed non abſolvens formam ſequentem, niſi utrumque organum ſit inunctum /: quod* NB *obſervandum erit in quolibet ſenſu, habente duplex organum :/*

Per iſtam ſanctam unctionem ✠ & ſuam piiſſimam miſericordiam indulgeat tibi Dominus ✠ quidquid per viſum



deliquiſti. ℟ *Amen* | NB *abſtergat loca inuncta globulo ſtupæ y bombycis.*

*Ad aures dextram et ſiniſtram:*

Per iſtam S. unctionem ✠ & ſuam piiſſimam miſericordiã indulgeat tibi Dominus ✠ quidquid per auditum deliquiſti. ℟ *Amen.*

*Ad nares in medio prope labium:*

Per iſtam ſanctam unctionem ✠ & ſuam piiſſimam miſericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid per odoratum deliquiſti. ℟ *Amen.*

*Ad os compreſſis labiis*

Per iſtam ſanctam unctionem ✠ & ſuam piiſſimam miſericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid per guſtũ & locutionem deliquiſti. ℟ *Amen*

*Ad manus.* NB. *Sacerdos inungi debet ſuperiùs*

Per iſtam ſanctam unctionem ✠ & ſuam piiſſimam miſericordiam indulgeat tibi Dominus ✠ quidquid per tactum deliquiſti. ℟ *Amen*

*Ad pedes in parte ſuperiori*

Per iſtam ſanctam unctionem ✠ & ſuam piiſſimam miſericordiam indulgeat tibi Dominus ✠ quidquid per greſſum deliquiſti ℟ *Amen*

*Globuli deinde pro abſterſione infirmi et medulla panis, quâ nunc Sacerdos utitur pro abſterſione pollicis, cum ablutione projiciantur in ignem. Interea ſtans ante menſam coram Crucifixo orat:*

Oremus. Deus qui humano generi & ſalutis remedium & vitæ æternæ munera contuliſti, conſerva famulæ tuæ /: famulo tuo :/ tuarum dona virtutum & concede, ut medelam tuam non ſolũ in corpore ſed etiam in anima ſentiat P.C.D.N.

Oremus. Exaudi nos Domine ſancte Pater omnipotens æterne Deus, & mittere digneris S. Angelum tuum de cœlis, qui cuſtodiat,

foveat, protegat, viſitet atque defendat hanc infirmam /: *hunc infirmum* :/ & omnes habitantes in hoc habitaculo. P.C.D.N.

*His dictis, accedit infirmam, deferens /: ſi infirma non habeat penes ſe in lecto :/ Crucifixum et oſculandum præbens, hæc aut ſimilia dicendo: Ecce chariſſimum ſponſum veſtrum, qui tanta amore tuî paſſus, tot gratias in S. Ordine ℟ ac demum nunc ℟ contulit! pro tot beneficiis age gratias, ama illum ex toto corde tanquam ſummum bonum ac benefactorem tuum, offer illi dolores ac infirmitates tuas in unione dolorum, quos pro te ſuſtinuit in SS. paſſione ſua, in illum ſpera tanquam unicum nunc auxilium et ſolatium tuum, ipſius voluntati te totum committe, nihílque aliud jam cura niſi unicam ſalutem tuam etc etc. Plures affectus meliùs ſuggeruntur poſt reditum, utì V.G. ſuprà pag. 44 in Teſtamento.*

*Itaque, ſi infirmam ſimul refecerit S. Viatico, benedicat illi ac cætera agat, utì ſuprà pag. 67. Econtra, deficiente S. pixide, aſpergit infirmam aquâ benedictâ, dicens:* Dominus ſit ſemper tecum. *aut dicens benedictionem S. P. Franciſci, utì ſuprà pag. 62. Ac tandem proceſſionaliter revertuntur ad eccleſiam ſub recitatione pſ.* De profundis *etc. Ant:* Si iniquitates *etc* Kyriel. Pater noſter *etc* ℣. Domine non ſecundùm peccata noſtra facias nobis ℟ *neque ſecundùm iniquitates noſtras retribuas nobis* ℣ Dñe exaudi ℟ Dñus vob. ℟ Oremus. Ineffabilem nobis Dñe miſericordiam tuam clementer oſtende, ut ſimul nos & â peccatis omnibus exuas & â pœnis, quas pro his meremur, eripias. P.C.D.N.

*Tempore peſtis intrans cubiculum dicit:* Pax huic domui ℟ et omnibus habitantibus in ea. *Dein aſpergit infirmū aquâ benedictâ, ſi adſit, et ungit cum bacillo ſenſum primò obvium vel frontem dicens:* Per iſtam ſanctam unctionem ✠ & ſuam piiſſimam miſericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid per ſenſus deliquiſti ℟ *Amen. Et recedendo ipſi benedicit.*



# Modus ſepeliendi Sororem def:

Sepelitur *Soror defuncta pro rerum exigentia, V.G. ad convocandos ſtatuto pro exequiis die conſanguineos, quandoque circa Veſperum, ordinariè tamen tempore matutino, quo circa horam 8vam Sorores primò orant ſub ritu duplici Officium defunctorum, deinde præcedente (acolytho et) cum cruce Subdiacono et ſequente cum Diacono P. Confeſſario eunt binæ et binæ, portantes luminaria, ad allocutorium, ubi funus exponi ſolet. Factâ aſperſione et incenſatione P. Confeſſarius ſ. Officians et Diaconus alternativè cum Sororibus orant pſ.* Miſerere *etc et* De profundis *etc Quibus abſolutis, Officians pergit:* Kyrie eleiſon ℟ *Christe eleiſon Kyrie eleiſon.* Pater noſter *etc* Et ne nos inducas in tentationem ℟ *Sed libera nos â malo.* A porta inferi ℟ *erue Domine animam ejus.* Requieſcat in pace. ℟ *Amen.* Domine exaudi orationem meam ℟ Dominus vobiſcum ℟ Oremus Quæſumus Domine, pro tua pietate miſerere animæ famulæ tuæ *N.* Sororis noſtræ, & â contagiis mortalitatis exutam in æternæ ſalvationis partem reſtitue. P.C.D.N. *Poſt hæc, dum funus â 4 aut 6 Sororibus portatur ad medium Eccleſiæ præcedentibus Sororibus et ſequentibus Officiante et Diacono, ab illis aut, in illarum defectu, ab his cantatur ſequens Reſponſorium:*



factus ſum ego, & ti meo, dum diſcuſſio venerit atque ventura ira. Quando &c. ℣. Dies illa dies i ræ, calamitatis & miſeriæ, dies magna & amara valde. Dum &c. ℣. Requiem æternam dona eis Domine & lux perpetua luceat eis.

*Deinde Officians cantat:*

Kyrie eleiſon ℟ *Chriſte eleiſon Kyrie eleiſon.*

Pater noſter &c. *funus aſpergit et incenſat.* Et ne nos inducas in tentationem ℟ *Sed libera nos â malo.* A porta inferi ℟ *erue Domine animam ejus.* Requieſcat in pace. ℟ *Amen.* Domine exaudi orationem meam &c. Dominus vobiſcum &c. Oremus. Abſolve quæſumus Domine animam famulæ tuæ N. Sororis noſtræ ab omni vinculo delictorum: ut in reſurrectionis gloria inter ſanctos & electos tuos reſuſcitata reſpiret. P.C.D.N. ℟ *Amen.* Requiem ✠ æternam dona ei Domine ℟ *et lux perpetua luceat ei.* Requieſcant in Pace ℟ *Amen. Poſt hæc deinde incipit Miſſa ſolemnis, poſt quam cantatur* Libera me Domine &c. *uti ſuprà, ab Officiante et Miniſtris cum Verſibus et Collecta, ſed abſque:* Requieſcant, &c. *prope funus. Deſcendunt dein Sorores ad Eccleſiam et portatur funus ad locum ſepulturæ ſub cantu Sororum, ut ſequitur:*

Subvenite Sancti Dei occur rite Angeli



Domini. Suſcipientes animam e jus. Offerentes e am in conſpectu al tiſſimi. ℣. Suſcipiat te Chriſtus, qui vocavit te: & in ſinum Abrahæ Angeli dedu cant te. Suſcipientes &c. Requiem æternam dona eis Domine & lux perpetua lu ceat e is. Offerentes &c

*Poſtea cantat Officians:* Kyrie eleiſon &c. Pater noſt. &c. *uti pag. priore.* ℣. A porta inferi ℟ *erue* &c. Requieſcat in pace. *Amē* Domine exaudi &c. D̃nus vobiſcum &c. Oremus. Inclina Domine aurem tuam ad preces noſtras, quibus miſericordiam tuam ſupplices deprecamur, ut animam famulæ tuæ N. Sororis noſtræ, quā de hoc ſœculo migrare juſſiſti: in pacis ac lucis regione conſtituas, & Sanctorum tuorum jubeas eſſe conſortem. P.C.D.N. *amē* Requiem ✠ æternam dona ei Domine ℟ *et lux perpetua etc. Pergit:*

Ego ſum *et intonat cantrices:* Benedictus Dominus Deus Iſrael ℟ *det Chorus* quia viſitavit & fecit redemptionem plebis ſuæ

*Interea Corpus terræ mandatur, et proſequuntur alternativè cum Sororibus Officians, Miniſtri ac cœteri RR. D̃ni Verſus ſequentes ejuſdē Cantici:*

Et erexit cornu ſalutis nobis ✱ in domo David pueri ſui.

Sicut locutus eſt per os ſanctorum ✱ qui â ſœculo ſunt, Prophetarū ejus. Salutem ex inimicis noſtris ✱ & de manu omnium qui oderunt nos. Ad faciendam miſericordiam cum patribus noſtris ✱ & memorari teſtamenti ſui ſancti. Juſjurandum, quod juravit ad Abraham patrem noſtrum ✱ daturum ſe nobis. Ut ſinè timore de manu inimicorū noſtrorum liberati ✱ ſerviamus illi. In ſanctitate & juſtitia coram ipſo ✱ omnibus diebus noſtris. Et tu puer propheta Altiſſimi vocaberis ✱ præibis enim ante faciem Domini parare vias ejus. Ad dandam ſcientiam ſalutis plebi ejus ✱ in remiſſionem peccatorū eorū. Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri ✱ in quibus viſitavit nos oriens ex alto. Illuminare his, qui in tenebris & in umbra mortis ſedent ✱ ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis. Requiem æternam ✱ dona eis Domine. Et lux perpetua ✱ luceat eis. *Dein repetitur et canitur â ſolis Sororibus:*



Ego ſum reſurrectio & vita: qui credit in me, etiam ſi



mortuus fuerit, vivet; & omnis, qui vivit & credit in me,



non morietur in æternum. *Tum Officians:* Kyrie eleiſon *et cœtera omnia, uti* *pag. 78**, exceptâ Collectâ ſequenti:* Oremus. Abſolve quæſumus Domine animam famulæ tuæ N. Sororis noſtræ, ut defuncta ſœculo tibi vivat: & quæ per fragilitatem carnis humanâ converſatione commiſit, tu veniâ miſericordiſſimæ pietatis clementer abſterge. P.C.D.N. *amen* Requiem æternam ✠ dona ei Domine ℟ et lux ℣. *Demum*



*ter funeri injicit terram, dicens:* De terra plaſmâſti me & in terram redegiſti me, reſuſcita me in noviſſimo die & miſerere meî. *et Diaconus cantat altâ voce:* Requieſcant in pace. *et Sorores, cantato:* Amen, *ſub pſ. Miſerere revertuntur ad Chorū uti et Officians cum Miniſtris ad Sacriſtiam.* Pro juribus *ſepulturæ, ſive miſſam cantet ſive non, accipit P. Confeſſ. â Conventu unum Coronatum.* Veneranda Mater dicit praecedentia omnia peragenda eſſe ad funus in Ecleſia poſitum, et poſtea ad ſepulturam in ſuperiore horto pergendum, ibique praevia recitatione pſalm. Miſ. et de Prof. cum orat. precibus dicendum: de terra plaſmaſti me etc. Sic iterū ſub recitat. dictorū pſalm. revertendum ad Ecleſiam.

In ſepultura alicujus ſœcularis (habentis ſaltem quaſi domicilium) *intra limites Cœnobii defuncti (:qualem D. Paſtor Sircenſis tempore P. Nicolai Urbig ſepelire tentaverat, ſed irrito conatu:) ſervantur reſpectivè eadem aut aliqua juxta conventionem Sororum et conditionem defuncti. Sed* NB *nomen et conditio defuncti uti et locus ſepulturæ indicari debent judicio* ^ *Greſſeriæ Sircenſi juxta ordinationem Regiam, quâ idem reſpectivè jubetur, ſi in eccleſia noſtra â Paſtoribus extraneis aut ex eorundem dimiſſione aſſiſtatur matrimonio,*✱ *prò ùt, præter actus ſimiles olim præſtitos, hoc anno 1772 contigit â Sacellano Monderenſi D. Wittiſch, aſſiſtente, ad parcendum ſumptibus convivii, duobus ex parochia ſua, irrequiſito et invito Parocho Sircenſi, deſuper per alium informato.* In ſimili autem caſu petenti licentiam aſſiſtendi relinquatur cura procurandi omnia requiſita, ne deſuper gravetur Conventus.

✱ et D. Paſtor Sircenſis neget regiſtrum pro inſcriptione

# Benedictiones quædam:

*Benedictio Chordæ S.P. Franciſci: ex Diurnali Ordinis.*

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Dñi ℟. *qui fecit cœlũ et terrã.*
℣. Ora pro nobis B.P. Franciſce ℟ *ut digni etc.* Dñe exaudi orationem meam &c. Dñus vobiſcum &c. Oremus. Deus, qui ut ſervũ redimeres, Filium tuum per manus impiorum ligari voluiſti, bene ✠ dic, quæſumus, funem iſtum & præſta, ut famulus tuus, qui /: *famula tua, quæ* :/ eo velut ligamine pœnitentiali ſui corporis cingetur, vinculorum ejuſdem Domini noſtri Jeſu Chriſti perpetuò memor exiſtat, & in Ordine, quem aſſumit, perenniter perſeveret, tuiſque cum affectu ſemper obſequiis ſe alligatum eſſe cognoſcat. Per eund. C.D.N. ℟ *amen.*

*Vel Oratio*

Omnipotens ſempiterne Deus, qui omnibus peccatoribus, quærentibus veniam & miſericordiam, quæſita & optata miſericorditer tribuiſti: oramus immenſam clementiam tuam, ut hanc chordam /: *has chordas* :/ bene ✠ dicere & ſanctificare digneris; ut quicuncque pro peccatis ſuis cinctus fuerit & clementiam tuã imploraverit, meritis & interceſſione beatiſſimi ſervi tui ac Patris noſtri Franciſci veniam & indulgentiam ſuorum peccatorum fructúmque tuæ ſanctæ miſericordiæ conſequatur. P.C.D.N. *Deinde aſpergatur aquâ benedictâ. Cingendo cum chorda dicatur:* Accipe chordam ſuper lumbos tuos, & ſint lumbi tui præcincti in ſignum caſtitatis & temperantiæ. In nomine Pa✠tris & Fi✠lii & Spi✠ritûs S. Amen.

*Benedictio Vini in feſto S. Joannis Ev. ex agenda Trevirenſi.*

℣. Adjutorium noſtrum *etc* ℟ *qui fecit* &c. ℣ ℟ *Gloria tibi Dñe*
Dñus vobiſcum &c. Initium S. Evangelii ſecundùm Joannem &c. In principio erat Verbum *etc.* Sequentia S. Evangelii ſecundùm Joem &c. In illo tempore nuptiæ factæ ſunt *etc*



*ut in Dominica 2da poſt Epiphan.* pſ. 22. Dominus regit me & nihil mihi deerit: in loco paſcuæ ibi me collocavit. Super aquam refectionis educavit me, animam meam convertit. Deduxit me ſuper ſemitas juſtitiæ propter nomen ſuum. Nã et ſi ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Virga tua & baculus tuus: ipſa me cõſolata ſunt. Paraſti in conſpectu meo menſam, adverſus eos, qui tribulant me. Impinguâſti in oleo caput meum: & calix meus inebrians quàm præclarus eſt! Et miſericordia tua ſubſequetur me omnibus diebus vitæ meæ. Et ut inhabitem in domo Domini in longitudinem dierũ. Gloria *etc.* Kyrie eleiſon ℟ *Chriſte eleiſon Kyrie eleiſon.* Pater noſter &c. Ave Maria
℣. Salvos fac ſervos tuos & ancillas tuas ℟ *Deus meus ſperantes in te.* ℣. Etſi mortiferum quid biberint ℟. *non eis nocebit.*
℣. Guſtate & videte, quoniam ſuavis eſt Dominus ℟ *beatus homo, qui ſperat in eo.* Dñe exaudi orat. &c. Dñus vobiſcum &c. Oremus. Deus & Pater Dñi noſtri Jeſu Chriſti, cujus verbo cœli firmati ſunt, cui omnis creatura deſervit & omnis poteſtas ſubjecta eſt & expaveſcit; nos te ad auxilium noſtrum invocamus, cujus audito nomine ſerpens (quieſcit), draco fugit, vipera ſilet & ſubdola illa, quæ dicitur rana inquieta, torpeſcit, ſcorpius extinguitur, baſiliſcus vincitur, araneus nil noxium operatur, & omnia venenata & adhuc ferociora animalia noxia terrentur: extingue omnes diaboli fraudes & omnes humano generi adverſantes nequitias, & hoc vinum per interceſſionem Bmæ V. Mariæ & B. Joannis Apli tui & Evangeliſtæ & omnium Sanctorum tuorum meritis & interceſſionibus, tuâ virtute bene ✠ dicito, ut omnes ex eo guſtantes ab omni malo cuſtodias & ad regnum gloriæ tuæ perducas. Per eund. Dñum noſt. Jeſum Xtũ Filiũ tuũ, qui tecũ &c.

Oremus. *Deus, cujus* poteſtate B. Joannes *Ev.* potum venenoſum & toxicum digeſſit, bene✠dicere & conſe✠crare digneris hanc creaturam vini, ut omnium ex eo guſtantium, expulſo omni guſtu nocivo, infuſo tuæ benedictionis ✠ myſterio, ſit in terris corporis & animæ remiſſio criminum & in cœlis perpetua conſolatio. Per Dñū noſtr. Jeſū Chriſt. Fil. tuum, qui tecū vivit ℞. Dñus vobiſcum ℞. Benedicamus Dño ℞. Et benedictio Dei omnipotentis Patris ✠ & Filii ✠ & Spiritûs S. ✠ deſcendat & maneat ſuper hanc creaturam vini ℞. Amen. *Dein aſpergit aquâ luſtr. et incenſat.*

*Benedictio Candelarum in feſto S. Blaſii* E. M.

℣. Adjutorium noſtrum &c.

℣. Domine exaudi orat. Dñus vobiſcum ℞. Oremus.

Omnipotens & mitiſſime Deus, qui omnium mundi rerum diverſitates ſolo verbo creâſti & ad hominum reformationem illud idem Verbum, per quod facta ſunt omnia, incarnari voluiſti: qui magnus es & immenſus, terribilis atque laudabilis ac faciens mirabilia: pro cujus fide, confeſſione glorioſus martyr & Pontifex Blaſius diverſorum tormentorum genera non paveſcens martyrii palmam feliciter eſt adeptus, quique eidem inter cæteras gratias hanc prærogativam contuliſti, ut quoſcunque gutturis morbos tuâ virtute curaret: Majeſtatem tuam ſuppliciter exoramus, ut non inſpectu reatûs noſtri ſed etiam placatus meritis & precibus hanc ceræ creaturam bene✠dicere ac ſancti✠ficare tuâ venerabili pietate digneris, tuam gratiam infundendo, ut omnes, quorum colla per eam ex bona fide tacta fuerint, â quocunque gutturis morbo ipſius paſſionis meritis liberentur & in Eccleſia ſancta tua ſani & hilares tibi gratiarum referant actiones, laudéntque nomen tuum glorioſum, quod eſt benedictum



in ſæcula ſæculorum. P.D.N. *Deinde aſpergantur.*

trevir exulta
pro reportata iesu toga
julii die nona
vespere hora quinta
tuo sub antistite pio carolo Mannay 1810
MDCCCX
toga ix. 9ā 7bris ad 27 7bris anni 1810 exposita
Monstrata treveris,

en adventante jesu salvatoris toga
augustae trevirorum urbis viciniaeque
insignia facta.
MDCCCX.

ecce treviros reportata es Mira christi
toga

Deo gratias
MDCCCVIIII

befreyen, die Pforten der Höllen mir ver-
ſchlieſſen, den Himmel öffnen, und mich
durch die Verdienſten deines bitteren Lei-
dens und Sterbens in die ewige Seeligkeit
führen. Der du mit dem Vater und heili-
gen Geiſt, ein Gott lebeſt und regiereſt in
alle Ewigkeit. Amen.

Misereatur etc.
Indulgentiam etc.
Misereatur etc.
Indulgentiam etc.

Anno 1773. 10mâ Novembr à Dño Pastore in Sierck
praesentes insinuatae sunt literae:

Clemens Wenceslaus Dei gratiâ Archiepiscopus Trevir. etc.
Inhaerentes Regulativo nostro de 28va Novembris nuperi
super puncto officii Divini et expositionis SSmi Sacramenti in
parochialibus Ecclesiis in partibus Galliae et Lotharingiae sitis,
ad habendam in archidioecesi nostra uniformitatem, omnibus do-
morum regularium utriusque sexûs in dictis partibus sitarū
Superioribus praesentium tenore facultatem facimus, ut festi-
vitatibus natalis et circumcisionis Dñi, Epiphaniae, Purifi-
cationis B. M. V., Paschatis, Ascensionis, Pentecostes, Trinitatis,
Corporis Xti et per ejus Octavam, Assumptionis B. M. V., omnium
Sanctorum, Dedicationis et Patroni principalis cujusvis Ecclesiae Re-
gularium, in illorum Ecclesiis initio summae Missae et Vesperarum
Sacrosanctam Eucharistiam adorationi publicae exponere et sub
finem dictarum missae et vesperarum benedictionem solemnem
dare valeant. Vetamus autem praedictas expositiones et
benedictiones etiam cum ciborio aliis per annum diebus, nisi
ratione specialis fundationis ab Ordinariatu nostro concessa fu-
erit ad id in scripto licentia. Vetamus insuper, idque
sub poena suspensionis, quascunque processiones cum Venerabili
per vias et plateas publicas, exceptis solemnitate et Octavâ
Corporis Christi tantum. Volumus etiam et statuimus, ut
Regulares nullo modo functionibus Pastoralibus absque
Pastorum nutu se immisceant, nec officio Divino Parochiali
obstent, sed eorundem officium ita dirigant, ut non concurrat
cum officio Parochiali, quin imò illud promoveant, precibus
et processionibus publicis invitati assistendo. Datum Tre-
viris sub Episcopi Myriophitani Suffraganei nostri signo
et Archiepiscopali sigillo nostro die vigesimâ Octobris anno

Milleſimo ſeptingenteſimo ſeptuageſimo tertio
erant ſubſcripti
J. N. Epus Myriophitan.
L. S. Suffragan. Trevirenſ. mpp
Ex mandato
Pierſon

pro copia ita teſtor
M Drouin mpp
Paſtor in Groſhimmerſdorff et Cap. Perl. Decanus.

Ex poſt ad recommendationem Dni Paſtoris in Sierck, cui pro conſilio ſubmiſſa erat ſupplica RRdorum Patrum Siercenſiũ, à Rdmo Dno Suffraganeo Trevirenſi quà Ordinario eiſdem Patribus data eſt facultas benedictionis Sacramentalis etiam pro feſtis S. Antonii, Portiunculæ, S. P. Franciſci et Immac. Conceptionis B. M. V.

Conventui verò huic, ad ſupplicam à R. P. Lectore Trevirenſi exhibitam, 21 Decemb. 1773 conceſſa eſt licentia, præter feſta ſuperius in edicto enumerata, dandi benedictionem Smtalem in feſtis S. Antonii, Portiunculæ, S. Franciſci et S. Eliſabethæ. Vid. lit. origin. in arch.

Item, attendendo ſtrictè ad verba ſuprà deſcripti Regulativi, licet iis diebus, quibus conceſſa eſt facultas dandi benedictionem cum Venerabili, etiam dare cum ciborio toties, quoties diſtribuitur Communio, uti conſideranti verba: vetamus autem etc. patet. Saltem ante et poſt Communionem Sororum in choro poſſe dari ad eum modum, quo juxta Rituale Trevirenſe datur, dum communicatur infirma, ſatis probabile eſt.



# Abſolutio generalis

*ex conceſſione Leonis X quater in anno, item in ſolemnitatibus Domini et B.M.V., et in feſto omnium Sanctorum ac S.P. Franciſci Sororibus danda juxta Kazenberger in libro: Dreÿfache Cron der geiſtl. Tertiarien*

Dominus noſter Jeſus Chriſtus per merita ſuæ ſacratiſſimæ paſſionis te abſolvat & ſuam gratiam copioſam tibi infundat, & ego authoritate ipſius, beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli ac ſummorum Pontificum, mihi in hac parte commiſſâ & tibi conceſſâ, abſolvo te ab omni vinculo excommunicationis majoris vel minoris, ab omnibus aliis cenſuris & pœnis eccleſiaſticis, ſiquas incurriſti, & reſtituo te Sacramentis Eccleſiæ & unioni ac participationi fidelium. Item eâdem authoritate, quantum ad præſens forum ſpectat, abſolvo te ab omnibus peccatis tuis, còntra Deum, proximum & animam tuam, contra regulam, vota & ſtatuta ex fragilitate humana, ignorantiâ vel malitiâ commiſſis & reſtituo te illi ſtatui innocentiæ, quomodo Sanctitas Domini noſtri Papæ faceret, ſi ipſemet in confeſſione tua peccata auſcultaret & eâdem authoritate tibi ſanctam benedictionem Papalem impertior in nomine Patris ✠ &c.

*Teſte eodem authore ac Breviario PP. Capucinorum noviſſimè impreſſo, ad impetrandam in articulo vel periculo mortis Abſolutionem generalem, ab Eugenio IV. Fratribus ac Sororibus conceſſam, [uti pag. 40.] requiritur vel ſaltem conſulitur, ut abſolvendus in uno anno quâlibet ſeptimanâ ſemel, vel in ſumma 52 vicibus, recitaverit 7 pſalmos pœnitentiales cum Litaniis majoribus, aut in caſu impotentiæ perſolvat opus à Confeſſario injunctum.*